culo secundū quantitatē vnius earum transibit per. 9. tertii per reliquārā. duas
extremitatis: z quia per coroll. 15. tertii vnaqueqz linearum. a.b.b.c.z.c.a. erit co
tingens circulum. patet perfectum esse propositum.

Propositio .5.



Intra trigonum assignatum sine illud sit orthogoniu⁹ sine
ambligonium. line oxigoniu⁹ circulum describere.

Sit trigonus assignatus. a.b.c. volo circa ipsum describere circulū
hec est quasi conuersa tertie. dividō duo eius latera .q.b. et.a.c. per
cqualia. a.b. quidē in puncto. d. z. a.c. in puncto. e. a quibus punctis
produco pp̄pendiculares ad lineas. a.b. z. a.c. quas protrahō quousqz cōcurrent
in puncto. f. sintqz. d.f. z. e.f. concurrent enī qm̄ cū vteroz anguloz. d. z. e. sit rect⁹
si intelligatur p̄trabi linea. d.e. sient duo anguli ad partē in quā protrahunt mino
res duobus rectis: quare cōcurrent per penultimā petitionē igitur a puncto. f. qui
est punctus cōcursus quē dico esse centrum circuli quesiti. protrahō lineas ad sin
gulas angulos que sunt. f.a.f.b.f.c. z quia in triangulo. a.d.f. duo latera. a.d.z.d
f. sunt equalia duobus lateribus. b.d. z. d.f. trianguli. b.d.f. z angulus. d. vni⁹ an
gulo. d.alterius: quia vteroz rectus: erit per quartā primi. f.a.equalis. f.b. cadē ra
tione erit. f.a.equalis. f.c. cōpatis lateribus z angulis duorum triangulorum. a.e.
f.z.c.e.f. ergo pcr. 9. tertii punctum. f. erit centrum circuli quesiti. hec est vniuersa
lis demonstratio ad omnes sp̄es trigoni. **Q**uis tamē aucto: videt velle mediuz
variare disiungendo inter orthogonium ambligonium z oxigontum. de quolibet
eoz sigillatū c̄st demōstrandū. **S**it ergo trigonus propositus orthogonius
sitqz angulus. a. rectus: latus. b. c. respiciens hunc angulū recrū dividō per equalia
in. f. a quo p̄ncto quē dico esse centrū circuli ad medium p̄nctum vniuersqz duoz
reliquoz lateroz qui s̄t. d. onco lineam. f.d. z quia linea. f.d. dividit duo latera. a.b
z.b.c.trianguli. a.b.c. per equalia: ipsa erit equidistans tertio. videlicet linee. a.c.
hoc enī demōstratū est supra. 39. primi: et quia angulus. a. positus est rectus. erit
per secundā partem z per tertiam. 29. primi: vteroz angulorū qui sunt ad. d.re
ctus: ducatur igit̄ linea. f.a. eritqz per quartā primi: linea. a.f.equalis linee. b.f. cō
paratis adiuvicē laterib⁹ z angulis trianguloz. a.d.f.b.d.f. z qz linea. b.f. ē c̄q̄lia
linee. c.f. erit. 3. lince. b.f.a.f.c.f. adiuvicē c̄qles. quarc p. 9. tertii erit. f. centrum
circuli quesiti. **S**it rorsus trigonus. a. b. c. ambligonius. sitqz angulus. a.




obtusus latus. b. c. respiciens hunc angulum obtusum. dividit per equalia in puncto. b. a quo ad media puncta duorum reliquorum laterum que sunt. d. et e. unico linea. b. d. et b. e. eritque d. b. equidistans. a. c. et e. b. equidistans. a. b. propter id quod demonstratum est supra. 39. primi: videlicet quod linea secans duo latera aliquius trianguli per equalia. tertio est equidistans: quare per secundam partem. 39. primi erit uterque duorum angulorum. b. d. b. et c. c. b. equalis angulo. a. et ideo uterque obtusus. ductis igitur perpendicularibus. d. f. ad linicam. a. b. et e. f. ad linicam. a. c. quousque concurrant in puncto. f. quem dico esse centrum circuli. Manifestum est enim eas concurrere propter causam prius dictam. secabit utramque carum lineam. b. c. que respicit obtusum et concurrent extra triangulum. a. b. c. igitur a puncto. f. qui est punctus concursus earum: producio lineas. f. a. f. b. f. c. que per quartam primi bis assumptam erunt eaeles comparatis primo lateribus et angulis duorum triangulorum. a. d. f. b. d. f. veinde aliorum duorum. a. e. f. c. e. f. quare per .9. tertii. f. est centrum circuli quesiti. **C**esto iterum ut trigonus. a. b. c. sit oxigonius divisus omnibus eius lateribus per equalia: videlicet latus. a. b. in puncto. d. et latus. a. c. in puncto. e. et b. c. in puncto. b. protracto linea. d. e. d. b. et e. b. eritque d. b. equidistans a. c. et e. b. a. b. propter id quod demonstratum est super. 39. primi: quare per secundam partem. 39. primi: uterque angulorum. b. d. b. c. c. b. erit equalis angulo. a. et ideo acutus: ductis igitur perpendicularibus. d. f. ad linicam. a. b. et e. f. ad linicam. a. c. manifestum est eas concurrere intra triangulum. a. b. c. sitque punctus concursus f. quem dico esse centrum circuli: producio cum linea. f. a. f. b. f. c. que per quartam primi: bis assumptam ut prius erunt eaeles: quare per .9. tertii erit f. centrum circuli quesiti. **C**per predicta pater quod si triangulus fuerit orthogonius centrum circuli circumscribendi cadet in medio lateris quod opponitur angulo recto. Si fuerit ambiligonius centrum cadet extra triangulum. Si autem fuerit oxigonius cadet intra triangulum.

Propositio .6.



Intra datum circulum quadratum describere.

Sit datus circulus. a. b. c. d. cuius centrum. e. volo intra ipsum describere quadratum. protracto in ipso duas diametros. a. c. et b. d. secantes se orthogonaliter supra centrum. e. quarum extremitates coniungo protractis lineis. a. b. b. c. c. d. et d. a. quas dico continere quadratum quesitum: ipse enim erunt eaeles ad invicem. per quartam primi ter at assumptam propter id quod quatuor linee. e. a. e. b. c. c. et e. d. sunt eaeles. et quatuor anguli qui sunt. a. d. e. recti. si quisquisque quatuor angulorum. a. b. c. et d. est rectus per primam partem. 30. tertii: propter id quod quilibet eorum est in semicirculo erit igitur. a. b. c. d. quadratum per definitionem quod est propositum.






Propositio .7.






Exa propositum circulum quadratum describere.

Sit ppositum circul. a. b. c. d. cuius centrum. e. volo circa ipsum describere quadratum: protracto in ipso duas diametros. a. c. et b. d. secantes se ortho-

Lemna / emm. dom. bonae s. ant. p
17



LIBER



propositio / expositio

gonaliter sup ceterū.c. a q̄z extremitatibus duco i vtrāq; pte lincas orthogonaliter quousq; q̄libet eaz p̄currat cū duab; lateralib; sintez p̄tcta p̄cursor eaz.f.g.h.k. eritq; p̄ coroll. 15. tertij vterq; anguloz qui sūt ad vnuquēq; quatuor p̄ctoz.a.b. c.d. rectus: quia ergo in quadrilatero.a.f.b.c.tres anguli.a. b. t. c. sunt recti: erit quartus angulus qui est.f. rectus: babet enim quodlibet quadrilaterum quatuor angulos equalcs q̄tuor rectis: vt demonstratum est supra. 32. primi: eadem rōne quilibet angulorum.g.b.z.k. erit rectus: ergo per secundam partem. 28. primi. due lincee.f.g. z. k. b. Itemq; due.f. k. z. g. b. sunt equidistantes. ergo per. 34. primi. f. k. est equalis.g. b. z. f. g. k. b. z. quia p̄ eandē. f. k. est equalis.b. d. t. f. g. a. c. Et vero b. d. est equalis. a. c. erit quatuor lincee.f. k. g. b. f. g. z. k. b. equalcs: sed et quatuor anguli.f. g. k. b. sunt recti: vt probatum est prius. ergo.f. g. k. b. est quadratum per definitionē quod est propositum.

Propositio .8.

Altra quadratum assignatum circulum describere.
Sit quadratum assignatum. a.b.c.d. volo intra ipsum describere circuluz hec est quasi conuersa. 6. dividō vnuquēq; latus eius p̄ equa lia. a. d. quidē in puncto. f. b. a. in puncto. g. c. b. in puncto. h. z. d. c. in puncto. e. z. produco lincas. c. g. z. f. h. secantes se in puncto. k. quē dico esse centrum circuli. erit enī. f. b. equidistans et equalis. a. b. per. 33. primi: p̄ pter id quod. a. f. z. d. b. sunt equalcs et equidistantes. Similiter per candem z. d. c. a. b. z. quia omnes medieratcs quatuor laterū ipsius quadrati sunt adinticē equalcs erunt per. 34. primi: quatuor lincee. k. e. k. f. k. g. z. k. b. equalcs. ergo per. 9. tertij. k. est centrum circuli quesiti.

Propositio .9.






Circa assignatum quadratum circulum describere.
Sit quadratum. a. b. c. d. volo circa ipsum circuluz describere. hec est quasi conuersa. 7. Protrabo in ipso duas diametros. a. c. t. b. d. secantes se in puncto. e. quē dico esse centrum circuli. Luni enī lincee a. d. t. a. b. sunt equalcs erūt per. 5. primi: anguli. a. d. b. t. a. b. d. e/ quales. z. quia angulus. a. totalis est rectus. erit per. 32. primi: vterq; eozum medietas recti. Simili quoq; modo p̄babitur quilibet partialiū angulorum a predictis diametris z. laterib; quadrati profositi contentorum esse medieratem recti quia igitur angulus. e. a. d. est equalis angulo. e. d. a. erit per. 9. primi: linea. e. a. equalis linea. e. d. eadem rōne erit. e. a. equalis. e. b. z. e. c. equalis. e. d. quare quia quatuor lincee. e. a. e. b. e. c. c. d. sunt equalcs. erit per. 9. tertii e. centruz circuli quesiti. quod est propositum.

Propositio .10.

Cum equaluz laterum triangulum designare. cuius vter qz duorum angulorum quos basis optinet. reliquo du plus existat.
Dicitio ē describere vnu triangulū duū equalū latez et tertii inēquals cui vterq; anguloz q̄ sup lat⁹ qđ ē reliq; i eōle existit ad tertium du plus existat. Ad hoc autē faciēdū sumat. linea q̄libet q̄ sit. a. b. que dividat fin q̄ docet. ii. sc̄i in puncto. c. ita q̄ illō quod sit ex. a. b. i. b. c. sit equalē quadrato. a. c.

III

factusq; puncto. a. centro fin ipsius quantitatem describatur circulus. b. d. e. intra
 quæ per primam huius coaptetur linea. b. d. equalis lineæ. a. c. et producantur due
 lineæ. d. a. d. c. dico triangulū. a. b. d. c. e. q̄līs pponit: circūscribat circulū q̄ sit d. c. a.
 per. 5. huius triangulo. d. c. a. quia ergo linea. d. b. est equalis linea. a. c. erit quod
 fit ex. a. b. in. b. c. equale quadrato lineæ. b. d. quare per ultimam tertii. b. d.
 linea est contingens circulum. d. c. a. et per. 31. eiusdem angulus. c. d. b. est equalis
 angulo. c. a. d. posito ergo cōmuni angulo. c. d. a. erit totus angulus. b. d. a. equalis
 duobus angulis. c. a. d. c. d. a. sed per. 32. primi angulus. b. c. d. c. est equalis eisdē
 quia extrinsecus ad ipsos. ergo angulus. b. d. a. est equalis angulo. b. c. d. et q̄ angulū.
 a. d. b. est equalis angulo. a. b. d. per. 5. primi: eo q̄ latera. a. d. c. a. b. sūt e/
 qualia. erit angulus. b. c. d. c. q̄līs angulo. c. b. d. ergo per. 6. primi: linea. c. d. est e/
 qualis lineæ. b. d. quare et lineæ. c. a. ergo per. 5. primi: angulus. c. a. d. est equalis an/
 gulo. c. d. a. quia ergo vterq; angulox. c. d. b. et c. d. a. ē equalis agulū. c. a. d. erit totū
 angulū. b. d. a. duplū ad agulū. d. a. b. et iō angulū. a. b. d. sibi equalis. duplū est etiā ad
 angulū. b. a. d. qđ est propositū. **C**orisan dicet aduersarius circulū. d. c. a. circūscri/
 ptum trigono partiā secare circulum. b. d. e in aliquo puncto arcus. bed. ita q̄ si/
 mul secabit lineam. b. d. unde ipsa non erit circulo applicata. sicut in demonstra/
 tione supponitur. sed ipsum secans. Sit ergo si possibile est ut penit aduersarius
 et a puncto. b. ducatur ad ipsum circulum minorem contingens. b. f. et ducantur li/
 nec. f. a. f. d. eritq; per penultimā tertii qđ fit ex. a. b. in. b. c. equale quadrato. b. f.
 ergo. b. f. est equalis. b. d. quare per. 5. primi angulus. b. f. d. est equalis angulo. b.
 d. f. et quia per. 31. tertii angulus. b. f. a. est equalis angulo. a. d. f. erit angulus. b. d.
 f. maior. angulo. a. d. f. quod est impossibile. cum ipse sit pars eius. **C** Alter possi/
 mus istud refellere et ostendere q̄ ille maior. circulus nullo modo secabit lineā. b. d.
 forsitan enim dicent q̄ secaret eam non secando arcum. d. b. majoris circuli. Si enī
 possibilis est q̄ secet eam. sit hoc in puncto. b. eritq; qđ fit ex. a. b. in. b. c. equale et
 quod fit ex. d. b. in. b. b. **V**onstratum est enim supra penultimā tertii q̄ si ab ali/
 quo puncto extra circulum signato quotlibet linee secantes ad circulum ducantur
 que sub totis et eam portionibus extrinsecis continentur. equalia sunt adinnicē:
 et quia quod fit ex. a. b. in. b. c. est equale quadrato. b. d. erit. qđ fit ex. d. b. in. b. b.
 equale quadrato. d. b. quod est impossibile per scđam scđi: quare constat ppositum
C Et nota q̄ minor circulus necessario secabit maiorem et absindet ab eo arcū vnu
 equalē arcū. b. d. et maior absindet similiter ab eodem vnu arcū equalē ar/
 cui. d. c. Quod sic probat. si enim minor non secet maiorem. contingit ergo ipsum
 in puncto. d. et quia per. 11. tertii circulorum se contingentium centra. et punctū con/
 tactus sunt in linea vna. erit centrum minoris circuli in linea. a. d. propter hoc q̄ in
 ea est centrum majoris et punctus contactus. ergo per. 17. tertii angulus. a. d. b. est
 rectus quare similiter et angulus. a. b. d. sibi equalis ē rectus qđ ē impossibile. per. 32.
 primi: Secet ergo ipsum in punctis. e. d. dico arcum. e. d. maioris esse equalē arcui.
 d. b. et arcum. e. d. minoris esse equalē arcui. d. c. produco lineas. d. e. c. e. z. e. a.
 eritq; per. 26. tertii vniquisq; quatuor angulorum qui sunt. d. e. c. e. a. d. a. c. et
 a. d. c. equalis alit propter id q̄ duo arcū. d. e. c. e. a. sūt equalis. p. 27. eiusdē q̄ne to/
 talis angulū. a. e. d. duplū ē ad angulū. b. a. d. et iō equalis vtriq; angulorum. a. b. d.
 et a. d. b. et q̄ angulū. a. e. d. ē equalis angulo. a. d. c. p. 5. primi: ppter id qđ. a. e. z. a.
 d. sunt equales et cero ad circumferentiam. erunt duo anguli. c. et d. trianguli. s. c. d.



LIBER.

equales duobus angulis. d.e.b. trianguli. a.d.b. ergo per. 32. primi: reliquo angulo. a. vnius est equalis reliquo angulo. a. alterine: ergo per. 25. tertii arcus. c.d majoris est equalis arcui. d.b. et per eandem arcus. e.d. minoris est equalis arcui. d. c. et hoc est quod proposuimus.

Propositio .11.



Intra datum circulus equilaterum. atq; equiangulum pentagonum describere.

Sit datus circulus. a.b.c. volo intra ipsum describere pentagonum. vnu equilaterum atq; equiangulum. designo triangulum vnu quale premissa proponit. qui sit. 2. cui aliud equiangulum intra datu circulum describo. sicut docet secunda huius: qui sit. a.b.c. sitq; vtrumq; angulorum. a.b.c. et a.c.b. duplas ad angulum. c.a.b. vtrumq; eorum dividido per equalia ductis lincis b.c.e.c.d. eruntq; per. 25. tertii. s. arcus in quos. s. puncta: a.d.b.c.e. dividunt circum adiuicem equalles. propter id qd quinq; anguli qui in dictos arcus cadunt sunt adiuicem equalles. continuatis igitur illis quinq; puetis per lineas rectas que sunt. a.d.d.b.c.c.e.z.e. erit pentagonus. a.d.b.c.e. inscriptus dato circulo qualis proponitur: est enim equilaterus per. 25. tertii cu. s. arc⁹: quoq; eius quinq; latera sunt cordes: sunt ad iunctum equalles: et etiam equiangulus per. 25. eiusdem eo qd quinq; arcus. d.a.c.a.e.c.e.b.c.b.d.z.b.d.a. in quos anguli ipsius pentagoni cadunt sunt adiuicem equalles: sicq; constat propositum.

Propositio .12.

Intra propositum: circulum pentagonum equilaterum atq; equiangulum designare.

Sit propositus circulus. a.b.c. cuus centrū. f. volo circa ipsum de signare pentagonum equilaterum atq; equiangulum. supra circumferentiam ipsius circuli quasi sum doctrinam premissa sibi inscripsim pentagonum quinq; puncta angularia notabo. que sunt. a.d.b.c.e. ad que cetera duam lineas. f.a.f.d.f.b.f.c.f.e. et ab eisdem punctis educam perpendiculares ad istas lineas in vtrumq; partem quousq; concorrent in punctis. g.b.k.l.m. eruntq; bee linee contingentes circulum per condarium. 15. tertii: et ad ista puncta concors ducam a centro lineas. f.g.f.b.f.k.f.l.f.m. Et quia monstratum est super penultima tertii qd si ab aliquo punto extra circulum signato due linee contingentes ad ipsius circulum ducant qd ipse erunt equalles. erit linea. g. a. equalis linee. g.d. et b.d.b.b. et sic de ceteris. At qm quinq; arcus i quos quinq; puncta. a.d.b.c.e. dividunt circum. sunt adiuicem equalles. erunt per. 25. tertii quinq; anguli. a.f.d d.f.b.b.f.c.c.f.e.e.f.a. consistentes super hos arcus in centro. f. sibi iunctum equalis. Sunt autem duo latera. a.g. et f.a. trianguli. f.g.a. equalia duobus lateribus d.g. et f.d. trianguli. f.g.d. et latus g.f. commune. ergo p. 8. primi: duo anguli eorum qd sunt. a.d.f. Itcq; duo anguli qui sunt. a.d.g. sunt adiuicem equalles. eadem rone duo anguli qui sunt. a.d.f. in triangulis. d.f.b. et b.f.b. Itemq; duo qui sunt. a.d.b. sunt adiuicem equalles. Similiter quoq; singuli trium reliquorū angulorū qui sunt. b.f.c.c.f.e.e.f.a. et singuli triū. qui sunt. k.l.m. dividant per equalia. primi qui dem per lineam. f.k. secundi per lineā. f.l. tertii vero per lineā. f.m. et quia huius tres anguli qui sunt. b.f.c.c.f.e.e.f.a. sunt sibi iunctum equalles et aliis duobus qd sunt. a.f.d. et d.f.b. equalibus erunt eorum binaria que sunt decē anguli facti in centro. f. ad-




in vicem equales. Quia igitur duo anguli. a. et f. trianguli. g. a. f. sunt equales duo / bus angulis. a. et f. trianguli. m. a. f. et latus. a. f. commune erit per. 26. primi anguli⁹ g. unius equalis angulo. m. alterius et latus. g. a. equale lateri. a. m. eadem ratiōē erit angulus. g. in triangulo. g. f. d. equalis angulo. b. in triangulo. d. f. b. et latus. g. d. equalis lateri. d. b. quare quia. g. a. est dimidiū. g. m. et g. d. dimidiū. g. b. et g. a. et g. d. sunt equalia: erunt per cōm scientiā. g. m. et g. b. eōn dupla equalia. Simili / ter quoq; probabim⁹. g. m. esse eqnale. m. l. et m. l. l. k. et l. k. k. b. quare pērbagon⁹. g. b. k. l. m. est equilaterus. sed et equiangulus: cuī enī duo anguli qui sunt ad. g. sunt adiuvicem equalis. et duo qui sunt ad. m. sūlter adiuvicem equalis. et g. partia / lis. sit equalis. m. ptiali. vtrūq; enī probatū est prius. erit per eandē cōm scientiā g. totalis equalis. m. totali. et eadem rōne probabis equalitatem in ceteris angulis: quare est equiangulus. sicq; constat propositum.

Propositio .13.

Tra equilaterū atq; equiangulum pentagonū assi gnatum. circulū describere.

CSi assignatus pentagonus equilateralis atq; equiangulus: quia de aliis nō est necessariū hoc esse possibile. a. b. c. d. volo sibi inscribe re circulū. hec est quasi cōveria. i. duos eius ppriuos angelos qui sunt. a. et c. dividere per equalia ducatis lincis. a. f. et e. f. donec cōcurrat in pēcto. f. i tra ipsum pentagonum quē dico esse centrum circuli: cōcurrent enim propter id quod dimidiū totalis anguli. a. et similiter totalis anguli. c. minus ē angulo recto.

CSi cuī intra pentagonum non cōcurrēt. aut extra ipsum pentagonum aut in latere pentagoni. aut in eius angulo: qui vtriq; angelorum diversorū opponitur. Concurrat s̄ primo extra in pēcto. f. et ducatur linea. b. f. et quia duo latra. c. a. et a. f. trianguli. e. a. f. sūt equalia duobus lateribus. b. a. et a. f. trianguli. b. a. f. et an gulus. a. unius angulo. a. alterius erit per 4. primi basis. e. f. equalis basi. f. b. et q; angulus. a. partialis ē equalis angulo. e. partiali. propter id qd. a. totalis. c. totali erit per. 6. primi. f. a. equalis. f. c. quare. f. a. est equalis. f. b. ergo per. 5. primi duo anguli. b. totalis. et a. partialis sunt cōles. quare. a. partialis ē cōlis vñ maior. a. totali qd. est impossibile. Concurrat ergo in pēcto. f. super lams. b. c. critq; arguendo p premillas et premisso modo angulus. a. ptialis equalis angulo. a. totali quod est impossibile. Quod si forsan concurrant in angulo. c. erit per casdez et codē modo c. b. equalis. c. a. et ideo ad huc ut prius angulus. a. partialis equalis angulo. a. to rali. Qd. qz hoc ē nō potest sit ergo punctus concursus qui ē. f. infra pentagonū a quo dico. 5. perpendiculares ad eius. 5. latera. que sint. f. g. f. b. f. k. f. l. f. m. et ad duos eius angelos ppriuos altrinsecus angulis per equalia diuisis qui sunt. b. et d. duc lineas. f. b. f. d. et quia duo anguli. a. et m. trianguli. a. f. m. sun: equalis duobus angulis. a. et g. trianguli. a. f. g. et latus. a. f. commune erit per. 26. primi. f. m. equalis. f. g. per eandem quoq; probabis. f. l. equali. f. m. sumptis duob⁹ tri angulis. et f. m. et e. f. l. quia iterum duo latera. a. f. et a. b. trianguli. a. f. b. sūt equalia duobus lateribus. a. f. et a. b. trianguli. a. f. e. et angulus. a. unius. angulo. a: al terius erit per. 4. primi angulus. b. partialis equalis angulo. e. partiali. et quia. b. totalis equalis est. e. totali: et e. totalis diuisus est per equalia erit etiam. b. totalis diuisus per equalia. **C**Eodem modo probabis. d. totalē diuisum per equalia ppter equalitatem. d. partialis et a. partialis sumptis triangulis. e. a. f. et e. d. f. qz ergo



LIBER

duo anguli. g. et b. trianguli. g. f. b. sunt egales duobus angulis. h. et b. trianguli. h. f. b. et latus. f. b. coe erit per. 26. primi. f. b. equalis. f. g. **C** Eodem modo pbabis f. k. equalem. f. l. sumptis triangulis. l. f. d. k. f. d. qm igitur. 5. linee. f. g. f. b. f. k. f. l. et f. m. sunt egales. crit. f. centru. circuli. per. 9. tertij. que describens fm quatita tem vnius earum. et tanget omnia latera pentagoni. ppter equalitatem linearum. et nullum eorum secabit per primam prem. 15. tertij. sicut constat ppositum.

Propositio .14.



Itra datum pentagonum qd sit equilaterum. atqz equi angulum circulum describere.

Sit vt prius datus pentagonus equilaterus atqz equiangulus. quia de alijs non est necessariu hoc esse possibile. a. b. c. d. e. volo circa ipsum describere circulum. hoc est quasi conuersa. 12. Duos eius p pinquos angulos qui sunt. a. z. e. dividio p equalia ductis lineis. a. f. z. f. e. quoniam concurrent intra ipsum pentagonum in puncto. f. cōcurrent enim et intra pchagonum ut probatum est in premissa. et a punto cōcursus duco ad reliquos angulos lineas que sint. f. b. f. c. f. d. et qz duo latera. a. f. et a. b. trianguli. a. f. b. sunt equalia duobus lateribus. a. f. et a. e. trianguli. a. f. e. et angulus. a. vnius angulo: a. alteri erit p. 4. primi. f. a. equalis. f. e. et angulus. b. ptrialis angulo. e. ptriali. et quia. b. tota lis est equalis. a. totali. et e. totalis divisus est p equalia. crit similiter. b. totalis divisus p equalia. hoc quoqz modo pbabis vtrqz anguloz. c. et d. divisum esse per equalia. et 5. lineas. f. a. f. b. f. c. f. d. f. e. esse egales. quare p. 9. tertij. f. erit centru. circuli. sicut patet ppositum.

Propositio .15.

Intra propositum circulum. exagonum equilaterum atqz equiangulum describere. **E**x hoc itaqz manifestum est q latius exagoni equi est dimidio diametri circuli cui inscribitur.


Sit ppositus circulus. a. b. c. d. cuius centrum. e. volo sibi inscribere exagonum equilaterum atqz equiangulum. pndo diametrum. a. e. c. et fm quantitatem semidiametri. e. c. facto centro punto. c. describo circulum. e. b. d. secantem priorē in duobus punctis. b. d. a quibus pndo duas diametros in circulo primo que sint. b. e. g. d. e. f. trium ergo diametroz extremitates coniungo. 6. lineas que sunt. a. f. f. b. b. c. c. d. d. g. et g. a. quas dico continere exagonum quesitum. erit enim vt demonstrat prima primi vterqz trianguloz. b. e. c. c. e. d. equilaterus. quare et equiangulus p. 5. eiusdē ergo p. 32. primi duo anguli. b. e. c. et c. e. d. cū uno equali vni eorum sunt egales duobus rectis. ppter id qd quisqz eoꝝ ē tertia duorum rectorum. sed ipsi p. 13. eiusdē cū angulo. d. e. g. sunt egales duobus rectis. ergo angularis. d. e. g. e equalis vtrqz eoꝝ. quare p. 15. eiusdē. 5. anguli. qui sunt ad. e. sunt adiuvicē egales. ergo p. 25. tertij arcus in quos cadūt sunt egales. quare et eoru corde p. 28. eiusdē qui sūt latera ipsi exagoni. Equilaterū igitur ē sed et equiangulū p. 26. tertij. ppter id qd sex arcus in quos angularia puncta exagoni dividunt circulum binis et binis sūpti sūt adiuvicē egales. vt arc⁹. a. f. b. arc⁹. f. b. c. et iō angulus. f. qui cōsistit in pmo ē egalis angulo. b. qui cōsistit i scđo. idē in ceteris. quare cōstat ppositum. **C**orollarium ex hoc patet q dimidiū diametri et latus exagoni sunt



latera eiusdem trianguli equilateri. ut. e.c.z.c.b.z.c.d. **C**Et nota q̄ non proponit circa propositum circulum exagonum equilaterum atq; equiangulum designare. Nec intra talen exagonum aut circa talen circulum describere. quēadmodum fecit de triangulo quadrato et pentagono. non q; non sit necessariū hoc ē possibile. sed quia hec tria per eadem precepta sunt in pentagono equilatero et equiangulo. et in omni figura equilatera. atq; equiangula quecumq; fuerit. Unde quamcumq; figurā equilaterā et equiangulā scimus circulo inscribere: candē circulo extra. et circulū sibi intra et extra: hisdem modis per que hec in pentagono fecim⁹ describemus. **N**ota etiam q̄ omnis figura equilatera circulo inscripta. aut circumscripta est etiā necessario equiangula. de inscripta patet per 27. z. 26. tertij sumbris arcibus circuli. quibus latera inscripte figure corde sūt binis et binis. In his enim arcus ipsius figure anguli cadunt. De circumscripta autē ductis a circuli centro linea ad omnes eius angulos. et ad loca cōtactus facile probabis. si plene intellexe demonstrationi. 13. huīs diligēs intellectus accesserit. erit enī vt omnes ipsi figure angulos linee a centro venientes p̄ equalia dividat. sumptis itaq; quibuslibet duobus eius proximis lateribus cū linea ad angulum ab eis contentum. et cū duobus ad eorum extremitates a centro vñientibus duos triangulos ab eis cōtentos equiangulos admittit. p. 4. primi esse probabis. Sicq; faciendo de omnibus patet eos esse equiangulos p̄ banc cōmune sciam quoq; dimidias sūt equalia. rora quoq; esse equalia.

Propositio. 16.


Intra datū circulum. quindecagonum equilaterum atq; equiangulum designare. **C**ende circa quēlibet circulū assignatuq; quindecagonum equilaterum atq; equiangulum atq; intra datum quindecagonū circulū describere. **S**it datus circulus. a.b.c. velo sibi inscribere quindecagonū equilaterum et equiangulum. denide etiam circumscribere arq; intra talen quindecagonū p̄positum circulum describere. Non p̄ponit autem circa talen quindecagonū circulū describere. quia hoc satis dat intelligere p̄ alia que p̄ponit. In dato circulo iuxta doctrinā secunde huīs. prabo latus trianguli equilateri. q̄ sit. a.c et iuxta doctrinā sedi latus pentagoni equilateri atq; equianguli qd̄ sit. a.b. Et quia arcus. a.c. est totius circumscripcie tertia: cuius arcus. a.b. est quinta. erit superfluum inter eos qd̄ est arcus. b.c. due tertie: arcus. a.b. vel due quinte arcus. a.c. siue due quindecimē totius circumscripcie. Nam in omni toto excedit tertia quintā. in duabus tertiis ipsius quinte. vel in duabus quintis ipsius tertie. siue in duabus quintis decimis totius. hoc enī patet in quinta et tertia p̄imi numeri habēris quintam et tertiam qui est. 15. cuius enim tertia que est. 5. excedit eius quintam que ē tria in duabus vñitatis que sunt due tertie ipsius ternarij qui ē quinta. vt due quinte ipsius quinarij qui est tertia siue due quindecimē ipsius. 15. qui est totū. diviso igitur arcu. b.c. per equalia. in. d. patet vñitatem duorum arcuum. c.d.z. d.b. esse tertiam arcus. a.b. vt quintam arcus. a.c. siue quindecimē totius circumscriptie. subtensis igitur eis cordis. c.d.z.d.b. coaptatisq; continue intra datum circulum sibi equalibus per primam huīs complebitur figura proposita. **C**etera vero duo que proponit cū tertio q̄ dat intelligere videlicet quindecagonū circulo



drawmscribere ac circulum quindecagono inscribere ac etiam circumscribere ex. 12. 13. 7. 14. huic plene intellectis facile perficies. Et nota qd quamcunqz figuram equilateram circulo scimus inscribere duplo plurim laterum circulo scimus inscribere et circu scribere. et ipsi circulum. divisus enim arcubus quibus latera eius qd scient inscribi subtenditur. per equalia et a punctis medijs ad extremitates laterum ipsius figure ductis lineis fieri intra circulum figura duplo plurim laterum que erit equi latera per. 28. tertij. ergo et equiangula. hoc enim demonstratum est supra. 15. huic qd omnis figura equilatera circulo inscripta est etiam equiangula. Et quia bac circulo scimus inscribere sciimus cetera tria per. 12. 13. et 14. huic. Quia igitur sci mus inscribere triangulum equilaterum: sciimus per hoc et hexagonum et per hexagonum duodecagonum ac per dodecagonum figuram. 24. laterum. et sic in infinitum duplando. Et licet per triangulum possit ut diximus inscribi hexagonus. posuit tamen huic propriâ demonstratione ex qua sequitur potissima percutile. Et simili ter quia sciimus et inscribere quadratum sciimus per hoc inscribere omnem figuram cuius laterum numerus est pariter par. per pentagonum quoqz sciimus decagonum. et figuram. 20. laterum. siveqz continue duplando. idem quoqz intellige de quin decagono. per ipsum enim scientur figure. 30. et 50. et omnium continue duplatoz laterum. Ceterarum autem figurarum de quibus ista non docet. vel que pbas non habent difficultas est scientia. et paru utilis. ut sunt eptagona nonagona undecagona. Qd si scirem trianguli duu equalium laterum designare. cuius vterqz angulum ad basim triplus esset ad reliquum sciremus eptagonum ut supra pentagonum circulo inscribere. qd si vterqz quadruplices esset ad reliquum sciremus nonagonum. et si quintuplices. undecagonum. Idemqz in ceteris figuris imparium laterum. positio veroqz anguloz ad basim multiplici ad reliquum. per eum numerum qui est medias. maximi partis sub impari numero laterum ipsius figure contenti.

Onus angulū in tria equa dividere. Sit angulus dat⁹. c. volo ipsū dividere in tres ecclēs angulos qd sic facio. pono pmo. c. centrū circuli describendo circu lū qd latera cōtingat. et prorabo latera cōntinentia datū angulū vscqz quo secet circūferentia in punctis. a. et b. tunc a punto. c. qd est centrū circuli duco linea. c. d. perpendiculari ad lineā. c. b. et in linea. c. d. assigno punctū. e. a quo duco lineam ad equalitatē. c. b. vscqz quo secet circūferentia circuli in punto. f. et pducō. e. vscqz a. veindic piorrabo linea. g. h. equidistantē. f. a. que scz. g. h. transeat per centrū. et duco lineam. f. g. equidistantē linee c. c. et prorabo lineam. c. b. incontinuū et dire ctum vscqz ad. l. que secat lineā. f. g. orthogonaliter in punto. o. et per equalia. dico ergo qd arcus. l. g. est equalis arcui. b. b. propter hoc. qd angulus. l. g. c. est equalis angulo. b. c. b. cū sint contra se positi. Cum igitur arcus. f. g. sit duplus arcui. l. g. erit etiam duplus arcui. b. b. sed arcus. f. g. est equalis arcui. a. b. cū sint inter duas lineas equidistantes que sunt. f. a. et g. b. ergo arcus. b. a. est duplus arcui. b. b. et ergo et angulus. a. c. b. est duplus angulo. b. c. b. dividam ergo angulum. a. c. b. per equalia per lineam. c. m. et patet propositum.

Intra datū circulū nonagulū equilateroz atqz coagulū designare. qd sic fieri posset iuxta doctrinā sedē lui⁹. inscribā circulo assignato triangulū ecclēs atqz eqangulū qd sit a. b. c. et vniquēqz anguloz ei⁹ dividā p tria ecclēs et prorabā lineas dividētes angulos vscqz ad circūferentia et tunc qd nouē anguli locati in circulo sūt euales de necessitate arcus suppositi ipsis angulis sunt euales. prorabā entru



cordas subtractas singulis arcibus et habebo intentum. ¶ Explicit liber quartus
incipit liber quintus.

Diffinitio .1.



Ars est quantitas quantitatis minor maioris cum minor maiorem numeret.
¶ Pars quādoqz sumitur proprie: & hoc est q̄ aliquo tient sumps suum totum prēcise constituit: sine diminutione vel augmentatione: & dicitur suum totum numerare per illum numerum sūm quē sumitur ad ipsiū totius constitutionē: rālē autem partē quā multiplicituā dicimus hic diffinit. ¶ Quādoqz sumitur cōmūniter & hoc est quilibet quantitas minor q̄ quotienscūqz sūpta suo toto min⁹ aut maius constituit. quā aggregatīnā dicimus: eo q̄ cum alia quantitate diversa totum suū cōstituat: p se q̄t quotienscūqz sūmpia facit non producat.

Diffinitio .2.



Ulp̄plex est maior minoris quando eaz minor metitur.
¶ Pars relative dicitur ad totuz: & in istis duobus extremitatibus consistit eoz adiunictē relatio: & ideo diffinitio minor extremo definit hic maius: vocat aut̄ ipsum mul. iplex propter hoc q̄ minus ipsum aliquotiens sumptuz constituit: erunt igitur relative dicta adiuncta pars & multiplex. Nā omnis pars submultiplex: vt patet per eius diffinitionē.

Diffinitio .3.



Proportio est duarum quantecunqz sint eiusdem generis quantitatū certa alterius ad alteram habitudo.
¶ Proportio est habitudo duarum rerum eiusdem generis adiunctam in eo q̄ earuz altera maior aut minor: est reliqua vel sibi equalis. Non enim soluz in quantitatibus reperiatur proportio. sed i pō deribus: potentijs et sonis. In ponderibus quidē & poctijs vult plato i thimeo esse proportionē. ubi elementorum numerū ostendit: in sonis autem esse proportionē liquet ex musica. Nam ut vult Boecius in quarto si qualibet rerum in duas inaequales partes dividatur. erit ipsaruz partiū suorumqz sonoz: eadem cōuerso modo proportio. Sz in quibuscumqz proportio reperiatur: ea participant naturā ppriectatēqz quantitatis: nō enim reperiatur in aliquibus rebus duabus nisi in eo q̄ earum una est reliqua maior aut minor. aut sibi equalis. ¶ Quantitatis autem pprium est sūm ipsam equalē vel inaequalē dici. ut vult aristoteles. in predicamentis. unde liquet proportionē primo in quantitate reperiiri. & per ipsam in omnibus alijs Nec esse in aliquib⁹ rebus proportionē cui similis nō sit in aliquibus quantitatib⁹ pp. et qd̄ bene dixit euclides. proportionē simpliciter esse in quantitate cum ea diffiniuit per habitudinem duarū quantitatū eiusdem generis adiunctam. ¶ Utq̄ definitionis intellectus ē: q̄ proportio ē habitudo duarum quantitatū adiunctam que attenditur in eo q̄ una carum est maior aut minor alia vel sibi equalis: q̄ qd̄ patet q̄ oportet eas esse eiusdem generis: vt duos numeros: aut duas lineas: aut duas superficies: aut duo corpora: aut duo loca: aut duo tempora. Non enī potest

d 3

ores ⁴⁰⁰
ores aggregatae

Oppositiones manifestas
Duplicata de 120 ratione
Septima terza Duplicata
Sexagesima Duplicata secunda
Duplicata et dupla Duplicata
secunda tripla

proportionis denominari possunt
duo: p̄cessus &
13 fractio anno sūmū at p̄ceptu!
qui major & me usq̄ ad quatuor
genuit monere p̄ceptu ut mi
nus in p̄ceptu est p̄ceptu & in ordine

proportionis Semimodulus in
fīc. 1000 fīc. 1000 d 2nd

Liber

vici linea maior aut minor superficie. aut corpe nec tempus loco. sed linea. linea et superficies superficie. Sola enim uniuoca compabilia sunt. Quod autem dicit certa habitudo non sic intelligas quasi nota vel scita. sed quasi determinata: ut sit sensus. Proportio est determinata habitudo duarum quantitatum: ita in qua determinata est hec et non alia. Non enim est necessarium ut omnis habitudo duarum quantitatium sit scita a nobis: nec etiam a natura. Nam proportio quedam est discreta: ut numerorum. quædam autem continua. In numeris autem minor est pars aut partes maiores ut demonstratur in septimo: quare et in eis omnibus est habitudo certa et nota. At vero in continuis est proportio magis larga: est enim in eis ubi minor: quædam est pars: aut pars maioris: et talium omnium mediantibus numeris est proportio nota: que et rationalis dicitur. Dicuntur quæ omnes tales quantitates comunicantes: quia eas una et eadem necessario metitor. Unde et omnes numeri sunt comunicantes. omnes enim ipsos metitur unitas. Est etiam ubi minor non est pars: aut partes maioris et in talibus non est nota proportio. nec nobis nec nature. Dicunturque hec proportionalis: et hec quantitates incomunicantes: unde fit: ut quecumque proportio reperiatur in numeris reperiatur in omni genere continuorum: ut in lineis superficiebus corporibus et temporibus: non autem econverso: infinite enim sunt proportiones in continuis reperire: quas numerorum natura non sustinet. Sed quecumque proportio reperiatur in uno genere continuorum eadem reperiatur in oibus alijs. Nam qualitercumque se habet aliqua linea ad qualibet aliam: sic se habet quelibet superficies ad aliquam aliam. et quodlibet corpus ad aliquod aliud: similiter et tempus. sed non sic quilibet numerus ad aliquem aliud: unde magis est larga proportio in continuis. quæ in discretis ex quo manifestum est proportionem geometricam esse maioris abstractionis: quæ proportionem arithmeticam: omnis enim proportio circa quam arithmeticam versatur rationalis est: geometria vero rationales et irrationales equiter considerat.

Dissinatio .4.



Proportionalitas est similitudo proportionum.

Ut si dicemus quæ est proportio. a.ad.b.ca est etiam.c. ad.d. p:proportio que est inter. a. et. b. similis est illi que est inter. c. et. d. hec autem similitudo que ex istis proportionibus resultat dicit proportionalitas.

Dissinatio .5.



Quantitates que dicuntur continua habere proportionalitatem: sunt quarum eque multiplicia: aut equa sunt: aut eque sibi sine interruptione addunt aut minuunt.

Supposita divisione proportionalitatis per continua et discontinua diffinit membra dividenda. et primo continua immo et verius dicam: superposita divisione proportionalium per continua proportionalia et incontinua: diffinit non continua proportionalitate: nec incontinuum: sed continua proportionalia et incontinua. diffinitio autem continua proportionalitatis et incontinuae satis patet per diffinitionem continua proportionalium et incontinue. Continua autem proportionalitas est cum quilibet qualitercumque eiusdem generis in qua proportione prima antecedit secunda in eadem quilibet aliis antecedit proximo consequente. ut cum dicimus sicut se habet. a.ad.b. ita.c.ad.c. et c.ad.d. eritque quilibet earum antecedens et consequens: excepta prima que est solù antecedens: et ultima que est tunc consequens. Et in hac proportionalitate necesse est omnes quantitates esse eiusdem generis propter continuationem propor-



tionū eo qd nō sit pportio inter quantitates generum diversorū: et hoc erit ad min⁹ in tribus terminis constituta. **C**ontinua autem est cū quatuor quantitatū sive omnes fuerint eiusdē generis sive due prime vnius et due postremē alterius: i qua proportionē prima antecedit scđam in eadē tertia antecedit quartā: vt cū dicimus sicut se habet. a.ad.b. ita. c.ad.d. eritqz carum quelibet: aut tm̄ antecedēs aut tm̄ consequens: nec eīt necesse vt sint omnes quatuor eiusdē generis sicut erat in p̄/ p̄tionalitate cōtinua: eo qd cōsequēs prime proportionis nō cōtinat̄ antecedēti scđe: sed possibile eīt vt sint eiusdē generis: et possibile eīt vt sint diversorū. Sicut enī contingit linea rep̄iri duplam ad lineam aut triplam: ita superficiem ad super/ ficiē: et corpus ad corpus: et tempus ad tempus: et numerus ad numerū. **U**iso quid sit continua p̄tionalitas . et quid incōtinua explanemus diffinitionē continua p̄tionaliū p̄missam. Quantitates inquit p̄tionales cōtinue sunt quaz cō multiplicia aut sibi sunt eq̄lia: aut eq̄ sibi sine interrupcione addūt: aut minuunt verbi gratia. Sint tres quātitates eiusdē generis. a. b. c. ad quas sumant. d. e. f. cō multiplicia: vt sicut. d. est multiplex ad. a. ita. e. est multiplex ad. b. et. f. ad. c. cūtqz omnes in eodē genere. **M**ultiplicia enī et submultiplicia in eodē sunt genere: sicutqz vt. d. e. f. aut sunt equalia adiuicē: aut sūr se habēant in addendo aut minuendo ita qd sicut. d. addit super. e. aut minuit ab ipso: ita. e. addat sup. f. aut minuat ab ipso. **L**ū hoc inquā multiplicia sic se babuerint cū trea quātitates. a. b. c. cōtinue p̄tionales. **M**ultiplicia autē nō intelligas sūr sic se habere in addendo aut mi/ nuendo quantū ad quantitatē excessus: sed quantū ad proportionē: aliter enī dif/ finitio eīt falsa. Nam querūlibet quantitatū eiusdē generis equis se differentijs excedentium eque multiplicia accepta equis etiā differentijs se excedūt: vnde sūr se habent in addendo et minuendo quantū ad quātitatem excessus. Nec tamē prio/ res quātitates sunt cōtinue p̄tionales: immo minorū est semp maior: propotion. hoc autē ideo evenit qm̄ eaꝝ multiplicia nō sūr se excedunt quātū ad propotionē: sed solū quantū ad quantitatē excessus: est enī et ibi in minoribus multiplicib⁹ maior propotion. verbi gratia: sumant̄ tres numeri equis differentijs se exceden/ tes: immediate videlicet arithmetice: vt. 2. 3. 4. born̄ triūm omnes eque multiplicies equaliter se excedunt. dupli quidē binario tripli tertario. et sic de ceteris: nō tamē sunt. 2. 3. 4. cōtinue p̄tionalia: immo minorū est maior propotion: est enī ipsorum p̄p̄tio sesquialtera: et maior sesquiteria: qd ergo inter eos nō est similitudo p̄p̄tionalū. Nō erit inter eos p̄tionalitas: et iō nōqz continua neqz incontinua. patet ergo similitudinē illam additionis aut diminutionis nō intelligi quantū ad quantitatē excessus: sed quantum ad proportionem: erit itaqz sensus diffinitionē p̄missae. **C**ontinua p̄tionalia sunt quarū omnia multiplicia equalia sunt continua p̄tionalia: sed noluit ipsam diffinitionē proponere sub hac forma quia tunc diffiniret idem p̄ idem: aperte tamē rei est istud cum sua diffinitione cō vertibile. Tres autem quantitates. a. b. c. oportet esse eiusdē generis ad hoc ut ea/ rum multiplicia sibi inuicem equalia sint: aut similiter se habēant in addendo aut minuendo. Si enim. a. et. b. essent diversorum generum: essent etiā. d. et. c. ipsarum a. et. b. multiplicia eisdē diversorum generum: propter hoc qd multiplicia et sub/ multiplicia eiusdē sūr generis: quare. d. nō esset equalis. e. nec ea maior: aut minor. Nam quantitates diversorum generum non sunt adiuicem comparabiles.

Difinitio .6.



LIBER



Quantitates que dicuntur eē fīm pportionē vñā pŕimā ad se-
cūdā t̄ tercīa ad quartā sunt quāz pŕime t̄ tertie multipli-
ces equales multiplicib⁹ secūdē t̄ quarte equalib⁹ fū-
rīnt similes vel additioñe vel diminutioñe vel equalitatē
eodem ordine sūmpre.

CPosita superī diffinitione quātitatū continue pportionaliū. hic ponit diffini-
tione incōtinuc pportionaliū: t̄ c q̄ quarūlib⁹. 4. quantitatū quāz pŕime t̄ tertie
eque multiplicia sūpta fuerint: itēq; scđe t̄ quartē eque multiplicia: fūeritq; multi-
plex pŕimesic se habens ad multiplex scđe quantū ad additionē aut diminutioñē
aut equalitatē: sicut multiplex tertie ad multiplex quartē: erit pportion pŕime carū ad
scđam: sicut tertie ad quartā. verbi grā. Sunt quātoꝝ quātitates. a. b. c. d. sumantq; ad
pŕimā t̄ ad tertīā que sunt. a. z. c. eq̄ multiplicia v̄pote dupla: que sunt. c. z. f. Itēq;
ad scđam t̄ quartā que sunt. b. z. d. sumat̄ alia eq̄ multiplicia: v̄pote tripla. q̄ sunt
g. z. b. sitq; vt bcc. 4. multiplicia sic sūpta cōpata adinuicem fīm ordinē pŕimā rām
quātoꝝ quantitatū: ita videlicet q̄. e. cōpetur ad. g. z. f. ad. b. non autē. e. ad. f.
aut. g. ad. b. sint similia in additione diminutioñe t̄ equalitatē: videlicet q̄ si. e. ad
dit sup̄. a. g. t̄ sūl. f. addat sup̄. b. aut si. e. minuit. a. g. t̄. f. similiter minuat. ab. b
aut si. e. est equalis. g. t̄ similiter. f. sit equale. b. tunc pportion. a. ad. b. est sicut. c
ad. d. similitudo autem in addendo aut diminuendo intelligatur hic sicut in diffi-
nitione cōtinue pportionaliū: videlicet nō quantū ad quantitatē excessus. sed qn-
tum ad proportionē. **C**Qd aut̄ dicit eodē ordine sūmpre intelligatur sicut exposi-
tum est: videlicet vt multiplicia non referant̄ adinuicem fīm ordinē earum quanti-
tarum: quibus eque multiplicia assumunt̄. vt multiplex pŕime non referat̄ ad mul-
tiplex tertie: aut multiplex scđe ad multiplex quartē. sed referatur fīm pŕimā ordinē
ipsaq;. 4. quantitatū: videlicet multiplex pŕime ad multiplex scđe. t̄ multiplex ter-
tie ad multiplex quartē. **E**rit itaq; sensus istius diffinitionis. Incōtinuc ppor-
tionalē sunt quātoꝝ quātitates t̄ pportion pŕime ad scđam ē sicut tertie ad quar-
tā cū sumptis eque multiplicib⁹ ad pŕimā t̄ tertiam. Itēq; eque multiplicib⁹
ad scđam t̄ quartā erit pportion multiplicis pŕime ad multiplex scđe: sicut multipli-
cīs tertie ad multiplex quartē: sed nō diffiniunt̄ sub bac forma. propter cām predi-
ctā. licet a pte rei idē sit. Nō ē autē necessariū ut quātoꝝ quantitates. a. b. c. d. sint
eiusdem generis: eo q̄. b. nō continuit̄ in proportionē: cum. c. sed possunt ēē due
pŕime vñius generis: t̄ due sequentes alterius. p̄ q̄ patet q̄ necesse est referri mul-
tiplex pŕime ad multiplex secunde: t̄ multiplex tertie ad multiplex quartē. nō autē
multiplex pŕime ad multiplex tertie: aut multiplex scđe ad multiplex quartē q̄: non
semper sunt eiusdem generis. multiplex pŕime t̄ tertie: nec multiplex scđe t̄ quartē: sicut autē
necesse sumere eq̄ multiplices ad pŕimā t̄ tertiam: itēq; eq̄ multiplices ad scđam t̄
quartam: e nō eq̄ multiplices ad pŕimā t̄ scđam: t̄ itē non eq̄ ad tertīā t̄ quartā
q̄: nisi p̄ multiplicū sūptionē cōtinuā terminū pŕime pportionis cū terminis scđe. nō
erit p̄ quid sit pportion. a. ad. b. sicut. c. ad. d.

Diffinition .7.




Quantitates quarū pportionē vñā pportionalē notantur.
CPostquā diffiniuit̄ quantitates continue proportionalē t̄ incon-
tinuc diffiniuit̄ quantitates pportionalē simplē: et p̄ diffinition.

Diffinition .8.



Cum fuerint prime & tertie eque multiplices. Itemq[ue] secunde & quarte eque multiplices. addetq[ue] multiplex prime super multiplicem secunde. Nō addet autem multiplex tertie super multiplicem quarte. dicetur prima maioris proportionis ad secundam q[ue] tertia ad quartam.

Differunt quātitatibus proportionalibus diffinīt quantitates in proportionales. Sunt autē in proportionales inter quas ē similitudo proportionū qd cōtigit dupliciter aut quia maior est pportio pme ad secundā qz tertie ad quartā: aut quia minor et ideo eius sunt due species. Prīms quando maior est pportio p̄mī ad scđm qz terciis ad quartum: et dicitur hoc maior impropotionalitas. Secunda vero qm̄ minor est proportio p̄mī ad scđm qz terciis ad quartū: et dicit minor impropotionalitas. diffinīt ergo eas inter quas est maior: proportio p̄mī ad scđam qz tertie ad quartā que est maior impropotionalitas: diffinītione autē eārum inter quas est minor proportio p̄mī ad scđam qz tertie ad quartā non ponit quis ipsa patet ex alia. Etū igit̄ fuerint. 4. quantitates ad quarum p̄mam et tertii sumptu sunt eque multiplicia. et ad scđam et quartā eque multiplicia et multiplicia p̄me et scđe relata adinuicēz non se habebunt similiter multiplicib⁹ tertie et quartie relatis adinuicēz in additione diminutione et eqūitate: ille. 4. quantitates erunt impropotionalites. Qd si ita fucrit q̄ multiplex prime sit eque multiplici scđe. multiplex vero tertie sit minus multiplici quartae. Aut q̄ multiplex p̄me sit minus multiplici scđe. multiplex autē tertie sit eque. aut minus multiplici quartae. Aut q̄ multiplex p̄me sit minus multiplici secūde: et similiter multiplex tertie multiplici quartae: verūta/ mcn plus excedit quātum ad proportionem non quantum ad quātitatē excessus. multiplex prime multiplex scđe qz multiplex tertie multiplex q̄rte. Aut q̄ multiplex prime sit min⁹ multiplici scđe. et sili multiplex tertie multiplici quartae. verūtū mi/ nus minuit quātū ad proportionē non quātū ad quātitatē excessus: multiplex pri/ me multiplici secūde: qz multiplex tertie a multiplici quartae: erit quolibet istoz. 4. modoz maior proportio prime ad secundā qz tertie ad quartā. Quatuor autē mo/ dis istis oppositis erit minor pportio p̄me ad secundā qz tertie ad q̄rtā. Exempla autē istoz oīum cūdenter sumēt ex numeris. Additio ḡ illis multiplicis p̄me super multiplex secūde. Non autē multiplicis tertie sup multiplex quartae: de qua loquitur auctor in diffinītione: latitudinē habet ad istos. 4. modos predictos et ipsos com/ prebēdit. vñ sensus isti⁹ diffinītione ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt proponit fine/ rit maior proportio multiplicis p̄me ad multiplex secūde qz multiplicis tertie ad multiplex q̄rte: erit maior pportio p̄me ad scđam qz tertie ad q̄rtā: nō diffinīvit autē sub hac forma ppter cōez cām p̄nos dictā. Vel possum⁹ dicere q̄ additio multiplicis p̄me sup multiplex secūde: et nōmultiplicis tertie sup multiplex q̄rte: de q̄ loquī in p̄missa diffinītione majoris i proportionalitatis p̄prie accipit prout verba diffini/ tione sonāt: et nō se excedit nisi ad scđm q̄tuor predictoz modoz: Iz reuera quo/ libet illoz q̄tuor modoz sit maior pportio prime ad secundā qz tertie ad quartam vñ sensus illius diffinītione ē cū sūptis sit multiplicib⁹ vt pponit si multiplici pri/ me exēte maiori multiplici secūde: non sit necessariū q̄ multiplex tertie sit minus multiplici quartae: tūc erit maior pportio prime ad secundā qz tertie ad quartam. ppter hoc autem non posuit reliquos tres additionis modos in predicta diffi/ nitione: qz iste est illis omnib⁹ magis plan⁹: et ad dictā diffinītione sufficiēs. Nisi s̄



LIBER

enī est maior prop̄tio p̄m̄e. 4. quantitatū ad sc̄dām q̄z tertie ad quartam: quin contingat aliqua eque multiplicia ad primā et tertiam reperi. Que cum rclata fuerint ad aliqua eque multiplicia sc̄de et quarte: invenientur multiplex p̄m̄e addere super multiplex sc̄de: nō aut̄ multiplex tertie super multiplex quarte. Nec vscq̄z contingit hoc reperire quoniam sit maior prop̄tio p̄m̄e ad sc̄dām q̄z tertie ad quartam ut de monstrabimus infra supra decimam huius. **C**Posse autem esse hce quātitates impropotionalales diuersoz generum sicut et quātitates incōtinue proportionales si inter eas fuerit incōtinua impropotionalitas: vt si dicatur maior est prop̄tio a.ad.b.q̄z.c.ad.d. Si autem fuerit continua impropotionalitas erit oēs eiusdē generis necessario sicut sunt in continua proportionalitate. ut si dicatur maior est prop̄tio a.ad.b.q̄z.b.ad.c.

Difinitio .9.

St autem proportionalitas ad minus inter tres termios constituta.

CPostq̄z auctor diffiniuit p̄portionē p̄portionalitatē et q̄ntitates p̄portionales et i.p̄portionales: ostēdit q̄s sit minim⁹ numer⁹ termino rū inter quos proportionalitas potest cōsistere maximū autē nō posse: quia illum nō cōtingit sumere: potest enim prop̄tio quelibet continuari i terminis infinitis: sive fuerit rōnalis prop̄tio sive irrōnalis. **A**d proportionalitatē aut̄ exigunt ad minus due prop̄tiones siles: eo q̄ prop̄tionalitas sit similitudo proportionū. Quelibet aut̄ prop̄tio habet antecedens et consequēs: ergo q̄ libet prop̄tionalitas habet ad minus duo antecedēta et duo consequēta: hoc ē impossibile fieri in paucioribus q̄z tribus terminis: in quibus medius coꝝ fiet antecedēs et consequēs: et iō prop̄tionalitas erit p̄tinua: quare in trib⁹ terminis ad minus erit cōtinua prop̄tionalitas cōstituta. Incōtinua aut̄ non erit i pauciorib⁹ q̄z in. 4. eo q̄ in ipsa quilibet termin⁹ ē t̄m̄ antecedēs: aut t̄m̄ p̄ns: idem intellige de minori numero terminoz impropotionalitatis. Si enim fuerit p̄tinua: erit ad minus inter tres terminos. Si incōtinua ad minus inter quatuor.


Difinitio .10.

Ifuerit tres q̄ntitates p̄tinue p̄portionales diceſ p̄portio p̄m̄e ad tertiam. p̄portio p̄m̄e ad sc̄dām duplicata.

CDiffinit prop̄tionē q̄ ē iter extreemos termios continua prop̄tionalitatis in trib⁹ terminis cōstitute. et dicit q̄ si fuerit prop̄tio p̄m̄i ad sc̄dām sicut sc̄di ad tertium: erit prop̄tio p̄m̄i ad tertium sicut p̄m̄i ad sc̄dām duplicata: hoc ē ex duabus talib⁹ cōposita. sive qđ idē ē: erit prop̄tio p̄m̄i ad tertium sicut p̄m̄i ad sc̄dām duplicata: hoc est in se multiplicata. verbi grā. i numeris Sint. 3. numeri cōtinue proportionales: sintq̄z continua dupli: vt. 2. 4. 8 prop̄tio p̄m̄i ad tertium erit sicut prop̄tio p̄m̄i ad sc̄dām in se multiplicata: p̄portio aut̄ p̄m̄i ad sc̄dām ē dupla: dupla vero in se multiplicata: producit quadra plā: vnde prop̄tio extremon̄z ē quadrupla: videlicet duplū dupli: vel sc̄dām priorē expositionem prop̄tio extremon̄um est sicut prop̄tio p̄m̄i ad secundū dupli cōdata: quia quadrupla constat ex duabus duplis.

Difinitio .11.

Cum fuerit quatuor q̄ntitates p̄tinue p̄portionales. p̄portio p̄m̄e ad quartā diceſ p̄portio p̄m̄e ad sc̄dāz triplicata



Diffinit pportionē q̄ ē iter extreemos terminos p̄tinue pportionālitatis i. 4. terminis p̄stitutē: et dicit q̄ si fuerit. 4. quinque terminos p̄tinue pportionales crit p̄portio p̄me ad q̄tā sicut p̄portio p̄me ad secundam triplicata hoc ē ex tribus talib⁹ cōposita. qm̄ tales inveniuntur in ea: sive qd̄ idem est: crit p̄portio prime ad quartam sicut p̄me ad secundam triplicata. hoc est in se. postea in productum multiplicata. Verbi gratia: in numeris. Sunt quatuor numeri continue pportionales: sintq̄ cōtinue triplici. vt sint. 1. 3. 9. 27. p̄portio primi ad quartum erit sicut p̄portio primi ad secundū in se postea productū multiplicata: p̄portio autem primi ad secundū est tripla: tripla vero in se multiplicata p̄ducit nocuplā et tripla in nocuplam p̄ducit vigincuplam septuplam. erit itaq̄ p̄portio extreorum vigincupla septupla. qd̄ est triplum tripli. Vel bñ p̄iorē expositionē p̄portio extreorum ē sicut p̄portio primi ad secundam triplicata: quia vigincupla septupla constat ex tribus triplis. Non diffinit autem proportionē extreorum continue p̄portionalitatis inter plures q̄z quatuor terminos cōstitute: propter id q̄ dimensiones in rebus naturalibus reperte non excedunt ternariū. Denominatio autem ppor-
tionis duarum quantitatū quibus nullum interponitur medium habet naturā līnce. Earū vero quibus interponitur vnu mediū in cōtinua pportionālitate habet naturā superficiē eo qd̄ sit ex multiplicatione denominatiois duarū primarū in se. Omne autem qd̄ ex multiplicatione līnce: in lineam p̄ducitur: naturā habet superficiē: si in se quidē quadrati: si vero in alterā parte altera longioris. Sed p̄portionis earum quantitatūz denominatio quibus in cōtinua pportione duo media interponuntur naturam habet solidi: quia prouenit ex multiplicatione deno-
minatiois duarum primarum primo in se. ex qua multiplicatione productur su-
perficies: deinde in productum ex qua multiplicatione prouenit solidum sive cor-
pus: omne et hñ qd̄ ex multiplicatione līnce in superficiē productur crescit iso-
olidum. Est ergo ac si diceret p̄portio duarum quantitatū est simplex inter-
vallum: et habens naturam simplicis dimensionis ut līnce: p̄portionalitas au-
tem triū est duplex intervallum: et habens naturam duplicitis dimensionis ut su-
perficiē: p̄portionalitas aut̄ quatuor est triplex intervallum: et habens naturā
trīcē dimensionis ut solidi. Et quia dimensiones vñcīns non procedunt. idco nō
diffiniuit proportionē contentam inter extremos p̄portionalitatis in quinq̄
terminis: aut plurib⁹ constitute: vel nō diffiniuit proportionē in his quia ea
num p̄portio habetur ex predictis diffinitionib⁹. Si enim in tribus terminis p̄-
portio extreorum cōstat ex proportionē primorum duplicita: et in quatuor terminis cō-
stat ex eadem triplicata: i. 5. terminis cōstat ex eadem quadruplicata: et in
sex ex eadē quicuplicata: vñ quicadmodū i trib⁹ terminis p̄tinue p̄portionalib⁹ p̄por-
tio extreoz p̄tinet p̄portionē p̄moz bis. et i. 4. terminis ter. sic i. 5. terminis p̄tinebit
quater. et in sex quinque. et ita deinceps. ut semp p̄portio extreoz i terminis cō-
tinue p̄portionalibus totiēs cōtineat p̄portionē p̄moz quod sunt omnes ter-
mini min⁹ uno. Siliter quoq̄ si p̄portio extreoz cōtinue p̄portionalitatis i tri-
bus terminis p̄stitutē ē ea q̄ producit ex proportionē p̄moz in se seim multiplicata: et
in 4. in se bis multiplicata: in quinq̄ terminis ea que producitur ex proportionē
p̄moz in se ter multiplicata. et i. 6. terminis quater: et sic semp ut termini fuerint
duobus plures multiplicationib⁹: sive ut multiplicationes sint equeales medijs



prospectus operis: tunc tenebas quidam non fuisse
quod sit transire stremum opus nus.

LIBER




7

extremis interpositis. Et nota q̄ etiam in proportionalitate continua extremitate proportionis producitur ex omnibus proportionib⁹ intermedijs. Ex predictis apparet q̄ proportio extremitat⁹ continua proportionalitatis in tribus terminis constitute denominatur a quadrato: in quatuor vero terminis constitute denominatur a cubo: quorum quidē quadrati ⁊ cubi latus est denominatio proportionis primi ad secundū: verbi gratia: i numeris Sunt quatuor numeri continua proportiones qui sunt continua tripli: 3.9.27.51. Proportio primi ad secundū denominatur a ternario: est enī tripla: primi vero ad tertium a nonario qui est quadratus ternarij. nam ipsa est nocupla. Et vero proportio primi ad quartū denominat. 3.27. qui est cubus denominationis proportionis primi ad secundā videlicet ternarij. ipsa enim est vigintiplus septupla. Et proportio extremitat⁹ impproportionalitatis continua in tribus terminis constitute denominatur a superficiali non quadrato: cuius latera sunt denominations ipsarum proportionū. in quatuor vero terminis constitute denominatur a solido nō cubo. cuius tria latera sunt denominations triū proportionū: qđ etiā patet in numeris. Sunt quatuor numeri continua improportionales: qui sunt. 2.4.12.48. in quibus proportio primi ad secundū est dupla: secundi ad tertium tripla: et ideo primi ad tertium sexupla: tertij vero ad quartū q̄drupla: et iō primi ad quartū vigintiplus q̄drupla. Senari ergo qui ē denominatio proportionis primi ad tertium est superficialis: cuius latera sunt duo ⁊ tria. qui sunt denominations duarum primarum proportionū 2.4. vero qui est denominatio proportionis primi ad quartum est solidus cuius latus sunt. 2.3.2.4. qui sunt denominations triū proportionum inter illos quatuor terminos entium.

Difinitio .12.


Quantitates que sunt in proportione una. antecedens ad consequentes ⁊ antecedens ad consequentē. dicetur econtrario sicut consequens ad antecedentem. sic consequens ad antecedentē. Itemq; permutatum sicut antecedens ad antecedentem sic etiam cōsequens ad consequentem.

Diffinit sp̄s proportionalitatis que sunt. s. videlicet cōversa. permutata. disiuncta: coniuncta: cōversa ⁊ equa. Sunt autē hec species quasi quidā modi arguendi: difinit ergo primo cōversam proportionalitatem ⁊ permutatam: in quib⁹ manent antecedentia ⁊ consequētia eadē sūm substantiā: qđ nō ē i disiuncta: p̄iūcta aut cōversa: et in quibus nihil extra sumitur s̄t in equa: vocat autem antecedens prium extremū proportionis: consequens vero vocat secundū. Vult itaq; per banc definitionem q̄ si fuerit proportio a.ad.b.sicut.c.ad.d. ⁊ ex hoc ego cōcludam: ergo b.ad.a.sicut.d.ad.c. videlicet vt faciam de antecedentibus cōsequētia ⁊ de consequētibus antecedentis: qđ iste modus arguendi vocetur proportionalitas econtrario sive cōversa. Si autem sic arguam. a.ad.b.sicut.c.ad.d. ergo a.ad.c.sicut.b.ad.d. videlicet vt ambo extrema prime proportionis: fiant antecedentia: ⁊ ambo extrema secunde cōsequētia: vult q̄ iste modus arguendi vocetur proportionalitas permutata: ⁊ in isto modo arguandi fit antecedens secunde proportionis cōsequens: ⁊ cōsequens prime antecedens.




D *finitio* — *Propositio. 13.*

Coniuncta vero proportionalitas dicitur quoties sicut antecedens cum consequente ad cōsequens. sic etiam antecedens cum consequente ad consequens.
Consistit coniunctam disiunctam et eiusam in quibus etiam nihil extra sumitur sed termini non manent in ipsis. idem sūm substantia et vult q̄ si ita fuerit. vt sit. a.ad.b. sicut. c.ad.d. et ego ex hoc concludam. ergo totius.a.b.ad.b. sicut totius.c.d.ad.d. q̄ iste modus arguendi dicatur proportionalitas coniuncta.




Propositio. 14.

Coniuncta vero proportionalitas dicitur augmentorum antecedentium supra consequentia equa comparatio.
Consistit q̄ si fuerit proportio totius.a.b.ad.b. sicut totius.c.d.ad.d. et ex hoc ego concludam. ergo. a.ad.b. sicut. c.ad.d. q̄ iste modus arguendi vocetur disiuncta proportionalitas.



Dicitur — *Propositio. 15.*


Conversa proportionalitas dicitur quorūlibet antecedentis ad augmenta sui supra cōsequenta sua similitudo proportionum.
Consistit q̄ si fuerit. a.b.ad.b. sicut. c.d.ad.d. et ex hoc ego concludam ergo. a.b.ad.a. sicut. c.d.ad.c. q̄ iste modus arguendi dicatur conversa proportionalitas.




Propositio. 16.

Conversa proportionalitas dicitur quātitatibus plurimis propositis aliisq; tēm cūdem numerū in una proportione applicatis mediiorum equali numero remoto utrōrumq; summorum similitudo proportionum.

Consistit eam proportionalitatem que ad probandum proposi-
tum ad extra sumit. et vult q̄ si sumantur quotlibet quantitates. vt. a.b.c. itemq; to-
tiderum alie sive sunt eiusdem generis cum primis. sive alterius. vt. d.e.f. fuerintq; secunde in proportionē primay sine eodē ordine. vt si dicatur. a.ad.b. sicut. d.ad.e
et. b.ad.c. sicut. e.ad.f. sive ordine cōuerso vt si dicat. a.ad.b. sicut. e.ad.f. et. b.ad.c. sicut. d.ad.e. et ex hoc concludatur. ergo. a.ad.c. sicut. d.ad.f. q̄ iste modus ar-
guendi vocetur cōversa proportionalitas. **C**hozum a:tē. s. modōm arguendi qui
dicuntur species proportionalitatis quatuor probat auctor in lītra infra in isto. s. Per
mutatam quidē proportionalitatem probat in. 16. huius. disiunctā vero in. 17. con-
iunctam in. 18. eam vero proportionalitatē demonstrat. in. 22. et. 23. Sed in. 22.
cū quantitates duoruū ordinū eodē ordine sunt proportionales. in. 23. cū vero sūt
proportionales ordine cōuerso. Lōquens vero proportionalitatē aut cōversa non
demonstrat eo q̄ cōversa p̄ ex disiunctiōē quātitatū icōtinue p̄portionaliū. Ener-
sa autē p̄ ex privata adiuicē. 19. vt sup̄ eadē. 19. sum̄ dicturi. qualē autē cōversa
proportionalitas ex dione quātitatū icōtinue p̄portionaliū manifesta sit demonstrem⁹
nūc. **C**it ergo p̄portio. a.ad.b. sicut. c.ad.d. volo s̄ demonstrare qđ erit b.ad.a.



LIBER



si sit d. ad. c. sumatur e. ad. a. z. f. ad. c. eque multiplicia. similiter quoqz. g. ad. b.
 z. b. ad. d. cque multiplicia. eritqz per conversionem diffinitionis quartitatum in/
 continue proportionalium. vt. e. z. g. itemqz. f. z. b. similiter se habeant in additi
 one diminutione et equalitate. inteligo tunc. b. primum. a. secundum. d. tertium. e
 quartu. sūptaqz sūt ad prīmū et terciū. g. z. b. eque multiplicia. Itēcqz ad secūdū et qz/
 rūtū. e. z. f. eque multiplicia et quia multiplicia p̄ximi et secundi que sunt. g. z. e. simi
 liter se habent multiplicibus tertij et quarti que sunt. b. z. f. ad in vicem diminutiōe
 et equalitate. erit p̄ dictā diffinitionem propoſtio. b. p̄ximū. ad. a. secundū. ſicut. c
 tertij ad. d. quartum quod eſt propoſitum. Conſtar itaqz modus erguendi qui di
 citur conuerſa proportionalitas. Chuius autē quinti libri principia plurimis dif
 ficultatis eſſe videntur. et quidusdam conclusionibus quas ex ipſis demonſtrat. ma
 gis ab intellectu distantia. Nihil enim videtur intellectui immediatus adherere.
 qz q̄ duarum quarūlibet quantitatū equalium sit ad tertium quālibet una propor
 tio: qd tamen huius quinti ſeptima demonſtrat ex diffinitione incontinue propor
 tionalitatis que ab intellectu p̄ximo videtur qz plurimum eſſe remota. quis enim
 non facilius duarum quantitatū equalium ad aliquē tertiam eandem eſſe pro
 portionem concedat. qz. 4. quantitatum ſi multiplicia p̄xime et tertie equaliter ſum
 pta multiplicibus ſecunde. et quarte equaliter ſumptis ſimiliter ſe habuerint i ad
 ditione diminutione et equalitate eſſe proportionem prime ad ſecundam. ſicut ter
 tie ad quartam. Verum ſi ſubtiliter intuemur liquido conſtabit nō posſe viuiri iu
 tellectui q̄ proportionio duarum quantitatū equalium ad tertiam ſit una. niſi per
 quid eſt eſſe proportionem unam. Si enim quis iguoſet quid eſt eſſe proportionē
 unam eandem proportionem alteri. quomodo cognoſet duarum quantitatū
 equalium eſſe eandem proportionem ad tertiam. Indiget igitur proculdubio iu
 tellectus anteqz illam que videbatur conceptibiles propoſitio apprehendat huius
 rei que per ipſius diffinitionē babebitur cognitione. postmodum utrum ea diffi
 nitio duabus quantitatibus equalibus ad tertiam comparatis concinuat retracta
 tiene. qd ſi diffinitione inuenta fuerit illis quartitibus conuenire concludetur pro
 poſitum. Sin autem oppoſitum. Non eſt igitur immediata propoſitio qz ſuper
 ſicialis apprehenſio immediata indicauit. Similiter quoqz immediatus indicat
 prima apprehenſio adherere intellectui q̄ duarum quantitatū inequalium maior
 eſt propoſitio maioris caro ad aliam qz minoris ad eandem quā demonſtrat. 8.
 buis. qz qd. 4. quartitatum ſit maior propoſitio p̄xime ad ſecundam qz tertie ad
 quartam. cum multiplicibus ad p̄ximam et tertiam equaliter ſumptis. Itemqz
 alijs ad ſecundā et quartā et equaliter multiplex p̄xime addit ſuper multiplex ſe
 cunde. et multiplex tertie non addit ſuper multiplex quarte. ex quo que predicta eſt
 propoſitio demonſtratur: ſed ſimiliter nec ipſa potest intelligi niſi per quid eſt eſſe
 propoſitionē maiorem. Igitur oportuit euclidem que quantitates dicuntur pro
 portionales: et que inproportionales diffinire. Proportionales autem ſunt qua
 rum propoſitio una eſt: et inproportionales quarū propoſitiones diuerſe. Itaqz
 diffinint quantitates quartū propoſitio una. et cas in quibus conneſuntur
 extrema nō diſſociatis medijs quas vocavit continue proportionales. et dixit hāc
 proportionalitatē i trib⁹ termis ad min⁹ exiſtere. ppter hoc q̄ enī ſaltē bis ſumēdū
 ē mediū. et cas i quib⁹ accidit intermixto medioz: et hec ſur i continuo ppoſitionē
 et hec ppoſitionalitas ad minus exigit q̄thoſ terminos ppter alteri⁹ medijs ſumētionē

et diffiniuit etiam quantitates que sunt *in proportionales*. quarum est maior una
 proportio quā sit alia. Et si esset omnis proportio scita sine rationalis. tunc facile
 esset intellectui cognoscere que proportiones essent una et que diversae. ¶ Que enim
 haberent unam denominationem essent una. que autem diversas diversae. hoc au-
 tem facilitas manifesta est ex arithmetica. quoniam omnium numerorum propor-
 tio scita et rationalis est. Unde Jordanus in scđo arithmeticœ sue diffiniēt que pro-
 portiones sunt eadem et que diversae. dicit easdem esse que eandē denominationem
 recipiunt. ¶ Majorē vero que maiorem et minorē que minorē. Sed iſinīc sūt
 proportiones irrationales. quarum denominatio scibilis non est. quare cum euclides
 cōſidereret in hoc libro suo proportionalia cōmūniter nō contrabēdo ad rōng/
 les vñ irrationales quoniam cōſiderat proportionem repartam in continuis que com-
 munis est ad istas. Non potuit diffinire idemprītatem proportionū per ſc̄ptitā
 tem denominationū. ſicut arithmeticus: eo qđ multarū proportionum et dictum ē
 sunt denominations ſimpliſter ignote. diffinitionē autem oportet fieri ex notis
 vnde malitia proportionum irrationalium coagit euclidem tales diffinitiones ponere.
 Quia ergo non potuit vt patet ex p̄missis diffinire proportionalitatem ſine
 idemprītatem proportionum. per idemprītatem habitudinum. ſive denominatio-
 num ipſorum terminorum propter irrationalitatem habitudinū et in cōuincientiis
 terminorum coactus est refugere ad terminoz multiplicia. vt ex illo sum
 mib⁹ quantum ad excessum et equalitatem cōſideratis equis numerositatibus
 ſumptoz per qđ ad naturam rationalitatis reducuntur propositam diffinitione-
 nē vñenit. nibil enim in quocunq; inequalitatis genere terminis magis idē qđ
 eorum multiplicia. nec terminorum habitudinibus. qđ multiplicium habitudo.
 ¶ Et quia proportio est duarum quātitatū eiusdem generis certa habitudo. cōſi-
 derata in eo qđ sunt equalis aut qđ altera maior. ideo idemprītas proportionum
 entium inter primam. 4. quantitatum ad secundam et tertiam ad quartam est ſimi-
 lis equalitas prime ad secundam. et tertie ad quartam. aut ſimilis maioritas. aut ſi
 milis minoritas. hcc autem ſimilis equalitas. aut ſimilis maioritas. aut ſimilis mino-
 ritas. tunc est inter quatuor. quilibet quantitates cum est inter omnes eaz equa-
 liter multiplicos. ¶ Qđ ergo dicit in quinta diffinitione. quantitates que dicuntur cō-
 tinuā proportionalitatem habere. et cetera ac ſi diceret. omnes illas quantita-
 tes voco cōtinue proportionales qđ est eas ſimiliter eſſe equalis continue et ſimi-
 liter continue eſſe maiores. et ſimiliter continue eſſe minores quam omnes
 eque multiplices. aut ſimilicem ſunt. ſimiliter continue equalis. vel ſimiliter
 continue maior. vel ſimiliter continue minores quod est etiam ipſas multiplices
 eſſe cōtinue proportionales qđ ſi hoc alicubi in ſimilicib⁹ diſſonat eaz dico nō eē
 cōtinue proportionales. ¶ Qđ autē dicit in ſexta diffinitione. Quātitates que dicuntur
 eē ſim proportionē unam primam ad ſecundam et tertiam ad quartam. et cetera ac ſi diceret
 oēs. 4. quātitates voco icōtinue proportionales. et ſe habere primam ad ſecundam
 ſicut tertia ſe habet ad quartā: qđ ē primā ad ſecundam. et tertiam ad quartā ſimilic ſe
 habere in cōquendo aut addēdo aut minuendo. quarum omnes eque multiplices
 prime et tertie ad oēs eque multiplices ſecunde et q̄rtē. ſimiliter ſe habet aut in equādo
 aut addēdo aut minuendo quod est etiam multiplices prime in eadem proportione
 ſe habere ad multiplices ſecunde. in qua multiplices tertie ſe habet ad multiplices
 quarte. quod ſi hoc alicubi diſſonat in multiplicib⁹. dico non eſſe proportionem

LIBER


prime ad secundā sicut tertie ad quartā. qd autē dicit in. s. diffinitione ē ac si dicaret
 maiorē proportionem voco. 4. quātūrā prime ad secundā quā tertie ad quartā
 quod est primā magis excedere secundā quā tertia excedat quartā. quaz aliqua ex
 multiplicib⁹ prim⁹ addit⁹ super aliquam ex multiplicib⁹ secunde: aliqua ex mul/
 tiplicib⁹ tertie sumpta secundum numerationē multiplicis prime non addente
 sup aliquē ex multiplicib⁹ quarte: sumpta sūm numerationē multiplicis scđe. qd ē
 esse maiore proportionē multiplicis prime ad multiplicē scđe. qz multiplicis ter/
 tie ad multiplicē quartē. **C**Diffinitiones autē istas nō sunt aliquai demonstrare.
 quoz ametus filius Ioseph tentauit eas demōstrare in epistola sua quā de ppor/
 tione et proportionalitate cōposit⁹. et accepit tria per modū positiōis tanqz princi/
 pia que dicit esse per se nota et p̄batione non indigere. **Q**uoz primū est quod si
 fuerint. 4. quātūrates. quoz sit propoſtio prime ad scđam sicut tertie ad quartam.
 erit ecōverso p̄pōtio scđe ad primā sicut quarte ad tertiam. et hic est modus argu/
 endi quē vocavit superius euclides conuersam proportionalitatē. et errauit qm̄ di/
 xit p̄positionem esse per se notā. cuius antecedens et cōsequēs sunt ignota: Ignor/
 tum ē enim qnd sit ēsse proportionem prim⁹ quantitatis ad secundā sicut tertie ad
 quartam. quare hoc ignoro posito impossibile est intelligere qnd ex ipso sequatur
 similiter quoqz qz cōsequēs est ignotum. impossibile est intelligere qnd ad ipsam
 antecedat. **S**cđm principiū eius fuit: q̄ si fuerint. 4. quātūrates quoz sit propo/
 tio prime ad scđam sicut tertie ad quartā. si prima sit maior scđa: erit tertia maior
 quarta. et si minor minor. et si equalis equalis. **T**ertiū fuit q̄ si fuerint. 4. quātū/
 tes quarum sit propoſtio prime ad secundā sicut tertie ad quartā: crit prime ad qd/
 libet multiplex: secunde: sicut tertie ad eque multiplex ex multiplicib⁹ quarte: et ac/
 cedit sibi in istis duobus principijs idem peccatum qd accidebat in primo. Accepit
 enim i sibus ignota similtaqz nota. quare non demonstrauit. peccauit etiā in se/
 cunda demonstratione et in tercia et in quinta. i quārū qualibet arguit ex. s. vi ex 10.
 buiis que probantur ex diffinitione in continue p̄portionatatis: Arguit enī sic
 si propoſtio a:b.ad.c. est maior q̄. g.ad.d. sit ergo: v.b.ptis.a.b.ad.c.sicut .g.
 ad.d. per qd apparet ipsum supponere q̄ duas quātūtā. a.b. et u. b. in equali⁹
 relatarum ad. e. maior maiorē et minor minorē ad ipsā optinet propoſtioneū
 vel q̄ quātūtas ad. e. habebat minorem p̄portionē qz habeat. a.b. crit minor. a
 b. quorum primū demonstrat. s. buiis. et scđm. io. Nā cū vultis sumere quātūtare
 que se habeat ad. e. in p̄portione. g.ad.d. eabo tibi maiorē aut minorē aut
 equalē. a.b. indifferenter sicut voluerō. quare autē non demonstrat aut accidit si
 bi circulus et principia esse ignoriora conclusionib⁹. Supponēda sunt igif cū eu/
 clide principia tanqz nota. et non ipsa ex conclusionib⁹. sed conclusiones ex ipsa
 demonstrande sunt.

Propositio . . .



I siuerint qualibet quantitates alias totidem eque multi/
 plices. aut singule singulis equales ne. esse ē quicmadmo
 dum una illarum ad sui cōparem. totum quoqz ex his ag/
 gregatum ad omnes illas pariter acceptas similiter se ha/
 bere.

CSi quolibet quātūtates. que sint. a. b. c. alias totidem que sint. d. e. f. eque
 multiplices tmaqzqz ad sui cōpare. aut singule sint singulis equales. ita videlicet



q̄ sicut a. ē multiplex. d. ita. b. ē multiplex. e. r. c. multiplex. f. Vt si. a. ē eq̄s. d. q̄ sicut b. sit eq̄le. c. r. c. eq̄is. f. vico q̄ sicut se hab. 3a. gd. d. ita se habet aggregatū ex om̄ibus que sunt. a. b. c. ad aggregatum ex omnib⁹ que sunt d. c. f. Qd si singule singularis sint equalis patet propositū per hanc cōmūnē sciam: si equalib⁹ equalia addant̄ tota quoq; erunt equalia. Si autē sint om̄ines suis cōparibus eque multiplices diuisis cis fm̄ quantitatē suaz submultipliciū erit aggregatū ex prima pte, a. r. prima. b. r. prima. c. equale aggregato ex. d. e. f. p predictā cōmūne sciam ad iurante hac: que eidem sunt equalia inter se sunt equalia. Similiter quoq; aggregatū ex secūdis pribus quantitatū. a. b. c. erit equale aggregato ex. d. e. f. sicq; de ceteris: t q̄ hoc poterit totiens fieri quotiens. d. continet in. a. erit vt eq̄le ag/gregatū ex. d. e. f. totiēs p̄tineat̄ i aggregato ex. a. b. c. quotiēs. d. continet i. a. q̄i ḡ quotiēs. d. numerat. a. totiēs aggregatū ex. d. e. f. numerat̄ aggregatū ex. a. b. c. patet q̄ sicut. a. est multiplex ad. d. ita aggregatū ex. a. b. c. aggregati ex. d. e. f. quod ē propositum.

Propositio .2.

Si fuerint sex quantitates. quāz prīma ad secundam atq; ter/ta ad quartā eque multiplices. quīnta vero ad secundam atq; sexta ad quartā eque multiplices: totum prime et quin te ad secundam. totumq; tertie et sexte ad quīntam eque multiplicia esse conueniet.

Sint sex quantitates. a. prima. b. secunda. c. tertia. d. quarta. e. quīnta. f. sexta. Sitq; a. r. c. eque multiplices ad. b. r. d. itēq; e. r. f. sint eque multiplices ad easdē dico q̄ sicut totū aggregatū ex. a. r. e. ē multiplex ad quātitatē. b. ita totū agg/gregatū ex. c. r. f. est multiplex ad quātitatē. d. Nam q̄ numerus fm̄ quē. b. continet in. a. est equalis numero. fm̄ quē. d. continetur in. c. Similiter quoq; numerus fm̄ quē. b. continet in. c. est equalis numero fm̄ quē. d. continet in. f. erit per cōmūne sciam que est: si equalibus equalia addant̄ et cetera. numerus fm̄ quē. b. continetur in aggregato ex. a. r. c. equalis numero fm̄ quē. d. continet in aggregato ex. c. r. f. quare sicut aggregatū ex. a. r. e. ē multiplex ad. b. ita aggregatū ex. c. r. f. ē multiplex ad. d. quod ē propositum.

Propositio .3.

Si fuerint primum secundi et tertius quarti eque multiplices: ad primum vero et tertium multiplices sumantur equalis erunt: multiplex primi ad secūdū atq; multiplex tertij ad quartum eque multiplices.

Sit sex q̄ntitates. a. prima. b. secunda. c. tertia. d. quarta. e. quīnta. f. sexta. Sitq; a. ad. b. r. c. ad. d. itēq; e. ad. a. r. f. ad. c. eq̄ multiplices. dico q̄ sicut e. est multiplex ad. b. ita. f. ad. d. dividat̄ enim. e. fm̄ quantitatē. a. sui. multiplices. e. f. fm̄ quantitatē. c. eritq; ppter equalitatē partiū. e. ad. a. r. partiū. f. ad. c. vt q̄li bet priū. c. sit ita multiplex ad. b. sicut quelibet priū. f. ad. d. Quia ergo sicut prima ps. e. ē multiplex ad. b. ita prima ps. f. ē multiplex ad. d. Itēq; sicut scđa pars. e. ē multiplex ad. b. ita secūda. f. ad. d. ergo erit per premissā aggregatū ex duabus pri mis pribus. e. ita multiplex ad. b. sicut aggregatū ex duab⁹ pri mis prib⁹. f. ad. d. et q̄ rursus tertia ps. e. si sit aliq̄ tertia ps. ē ita multiplex. ad. b. sicut tertia. f. ad. d. erit p̄ eādē ut totū aggregatū ex tribus pri mis partibus. c. sit ita multiplex ad. b. sicut to tum aggregatum ex tribus pri mis partibus. f. ad. d. Sitq; si plures fuerint par tes. e. r. f. c̄mpōnendo semper sequentem cum aggregato ex pluribus concludēs

$$\begin{array}{cccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} \\ \underline{e} & \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{d} & \underline{e} & \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} \\ \underline{i} & \underline{j} & \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} \\ \underline{n} & \underline{o} & \underline{p} & \underline{q} & \underline{r} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$


$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

$$\begin{array}{ccccc} \underline{a} & \underline{b} & \underline{c} & \underline{d} & \underline{e} \\ \underline{f} & \underline{g} & \underline{h} & \underline{i} & \underline{j} \\ \underline{k} & \underline{l} & \underline{m} & \underline{n} & \underline{o} \end{array}$$

LIBER.

quod sicut e. est multiplex ad b. ita f. ad d. per premissam totiens sumptus: quod fuerint partes in e. aut in f. minus una sicut patet propositum.

Propositio .4.



Ifuerit proportio primum ad secundum sicut tertii ad quartum: ad primum antezet tertium eque multiplicia allignetur. Itemque ad secundum et quartum multiplicipes equales erunt allignate multiplicipes eodem ordine proportionales.

Co sit proportio a. primum ad b. secundum sicut c. tertius ad d. quartum. Sumantur e. ad a. e. f. ad. c. eque multiplicia. Itemque g. ad. b. r. b. ad. d. eque multiplicia. Dico quod proportio e. ad. g. est sicut f. ad. b. Sumam. k. ad. e. r. l. ad. f. eque multiplicia. Itemque m. ad. g. r. n. ad. b. eque multiplicia: et quia e. r. f. sunt eque multiplicia ad a. r. c. itemque k. r. l. eque multiplicia ad e. r. f. erunt per premissam. k. r. l. eque multiplicia ad a. r. c. per eandem quoque erunt m. r. n. eque multiplicia ad b. r. d. quare per conversionem definitionis in continua proportionalitatis. k. ad. m. r. l. ad. n. similiter se habebunt in addendo diminuendo et equivalendo: quod ergo k. r. l. sunt eque multiplicia ad e. r. f. itemque m. r. n. eque multiplicia ad g. r. b. erit per definitionem in continua proportionalitatis. p. portio e. ad. g. sicut f. ad. b. quod est propositum:

Propositio .5.




Ifuerint due quantitates quarum una sit pars alterius minuaturque ab utraque; ipsarum ipsa pars erit reliquum remanendum atque totum toti eque multiplex.

Co vel sic si aliquota erit reliqui tota pars quota totum totius. Sit quantitas a. b. tota pars quantitatis c. d. quota e. b. ipsius a. b. minuaturque e. b. ex quantitate c. d. et sit residuum f. c. eritque f. d. c equalis a. b. Similiter quoque minuatur e. b. ex quantitate a. b. si quoque residuum e. a. dico quod quota pars est quantitas a. b. quantitatis c. d. tota est quantitas a. c. quantitatis c. f. cum enim f. d. sit equalis a. b. erit f. d. ita multiplex e. b. sicut c. d. est multiplex a. b. ponamus itaque d. g. ita multiplicem a. c. sicut f. d. est multiplex e. b. eritque ex parte prima huius quantitas f. g. ita multiplex a. b. sicut f. d. est multiplex e. b. et quia sic fuit c. d. multiplex a. b. sicut f. d. fuit multiplex e. b. erit utraque earum quantitatibus c. d. f. g. eque multiplex quantitatis a. b. quare per communem scientiam c. d. r. f. g. sunt eque multiplices ad invicem: dempta igitur ab utraque earum quantitate f. d. erit c. f. equalis d. g. et quia d. g. fuit ita multiplex a. c. sicut f. d. e. b. et ideo sicut a. b. e. b. quare et sicut c. d. a. b. erit c. f. ita multiplex a. c. sicut tota c. d. totius a. b. quod est propositum.




Ifuerint due quantitates ad alias duas eque multiplices. duaque minores duabus maioribus utraque a sua multiplici subtrahantur. erunt duo reliqua earum de partium eque multiplicia. aut eis equalia.



vel sic si aliquota . . . Si fuerint due quantitates quae una sit aliquota alterius et ut reliqua utraque utraque quae sit pars alterius /

Sint quantitates a.b.ad.c.z.d.e.ad.f.eque multiplices: subtrahanturqz.c.ex a.b.z.f.ex d.e.z sint residua: ex a.b. quidē a.g.ex d.e.d.b. eritqz g.b.equalis.c.z.b.c.equalis.f. dico q̄ duo residua a.g.z.d.b. etunt equalia duabus quantitatibus.c.z.f. aut eis eque multiplicia. Sit ergo primo a.g.equalis.c. dico q̄ d.b.est equalis.f. Sumam enim quantitatem e.k.equalem.f. eritqz per premissas hypothesēs vt totiens.f. sit in.b.k. quotiens.c. in.a.b. quare sicut a.b.est multiplex.c. ita b.k.est multiplex.f. sed sic erat etiam d.e. erat multiplex eiusdem.f. erit igitur per cōm scientiam b.k.equalis d.e. dempta igitur cōmuni carum quantitate b.e. erit d.b.equalis.e.k. quare equalis.f. quod est propositū. Si autem a.g. sit multiplex.c. ponam vt e.k. sit eque multiplex.f. eritqz vt prius vt totiens.f. sit in.b.k. quotiens.c. in.a.b. Sed totiens erat etiam illi d.e. erit igitur vt prius d.e.equalis b.k.z.d.b.e.k. quare sicut a.g.est multiplex.c. ita d.b.est multiplex.f. q̄ est propositum. Alter idem cum hīm eidem numerum contineat quantitas a.b. quantitatem c. hīm q̄ quantitas d.e. quantitatē f. demptaqz ab eo unitate remaneat unius vel numerus secundum q̄ a.g. continet.c. et hīm q̄ d.b. continet.f. patet quantitates a.g.z.d.b. esse equales aut eque multiplices quantitatibus.c.z.f.




Proposito .7.



Si due quantitates equeales ad quamlibet cōparentur eaz ad illam erit vna proportio. itemqz ad illas pportio illi vna est.

Sint due quantitates a.b. equeales. que cōparentur ad quantitatem tertiam vt ad.c. dico q̄ eadem est proportio a.ad.c.z.b.ad.c. itē qz eadem c.ad.a.z.c.ad.b. Primum sic probatur: cum enim c. sit cōsequens ad.a primam et ad.b. tertiam ipsa erit in ratione secunde et quartae. Sumē igitur d.ad.a primam: z.e.ad.b. tertiam eque multiplices: et sumam. f. quamlibet ex multiplicibus.c. que est secunda et quarta: et quia a.z.b. quarū sunt eque multiplices d.z.e. posse sunt equeales erit: vt si d. dividatur hīm quantitatem a.z.e. secundiū quantitatem b. q̄ partes utrobiqz sint numero et quantitate equeales: numero quidam per hypothesēm ppter equalitatem multiplicationis utrobiqz: quantitate autē per hāc cōm scientiam quotiens oportuerit repetitam: que cīdem sit equalia sibi inūicem sunt equalia: quia igitur prima ex partibus d. est equalis prime ex partibus e. et secunda: secundū: et tere ceteris. Suntqz tot partes in d. quot sunt in e. erit per prīmam būis d. equalis e. quare per cōm scientiam: si due quantitates equeales cōparentur ad aliam tertiam: aut ambe quantitates d.z.c. sunt similiter maiores. f. aut similiter minores: aut sibi equeales: igitur ex diffinitione incontinue proportionalis: que est proportio a.prime ad.c.secundam: cadē est b.tertia ad.c.quartā q̄d est propositum. Secundum eodē modo probabis ordine cōuerso: vt c. ponatur prima et tercia. a. vero secunda. b. quarta. Cum vero quantitas f. que est eque multiplex prime et tercie sit aut similiter maior: quantitatibus d.z.e. que sunt eque multiplices secunde et quartae: aut similiter minor aut eis equalis: erit per eandem diffinitionem proportio c. prime ad.a. secundā: sicut c. tertie ad.b. quartam quod est propositum secundum.



LIBER

Propositio .8.

Si one quantitates inaequales ad unam quantitatem proportionentur. maior quidem maiorem. minor vero minorem optinebit proportionem. illius vero ad illas ad minorem vero proportio maior ad maiorem vero minor erit.

C Sint due quantitates inaequales. a. et. b. c. sitq; maior. b. c. et proportionentur ad eandem quantitatem que sit. d. dico qd maior est proportio. b. c. ad. d. qd. a. ad. d. et qd contraria maior est. d. ad. a. qd. d. ad. b. c. Primum sic probatur: ponam. e. b. c. qualis. a. et multiplicabo totiens. e. c. qd proueniat quantitas maior. d. sitq; f. g. et sumam. k. f. ita multiplicem. b. e. et similiter. h. ita multiplicem. a. sicut. f. g. est multiplex. e. c. eritq; per primam huius. b. ita multiplex. a. sicut. k. g. est multiplex. b. c. erit etiam. b. equalis. k. f. propter hoc qd earum submultiplices que sunt. a. et. b. e. posite sunt equeales: ponam quoq; qd. b. non sit minor. d. sed equalis: aut maior: totiens enim multiplicabo unaqueq; trium quantitatum. e. c. b. c. et a. equaliter: qd. f. g. multiplex. e. c. proueniat maior. d. et qd. b. multiplex. a. non proueniat minor eadem: deinde totiens multiplicabo. d. quod proueniat quantitas maior. h. sitq; m. prima qualitas multiplicata. d. qd sit maior. b. Sub qua simili maxima multiplicem. d. aut sibi equalem: si. m. est prima in ordine multiplicum. d. que sit. l. eritq; ut. l. non sit maior. b. et constabit. m. ex. d. ut. l. propter id qd omne multiplex constat ex proximo precedenti multiplici et simplo: vt triplum ex duplo: et simplo. excepto primo multiplici quod constat ex his simplo. **C** Quia ergo. b. est equalis. k. f. non erit. k. f. minor. l. itaq; k. f. et. d. non efficient minus qd. l. et. d. quare non efficient minus qd. m. et quia. f. g. est maior. d. erit. k. g. maior qd. m. **C** In telligo igitur quantitatem. b. c. primam. d. secundam. a. tertiam. d. quartam: et qd ad primam et tertiam sumpta sunt eque multiplicia videlicet. k. g. et. b. Similiter quoq; ad secundam et quartam eque multiplicia: immo idem in ratione duorum qd est. m. et addit. k. g. multiplex prime super. m. multiplex secunde: non addit autem b. multiplex tertie super. m. multiplex quarte: erit per diffinitionem maioris impropotionalitatis maior proportio. b. c. prime ad. d. secundam qd. a. tertie ad. d. quartam qd est primum. **C** Secundum probabis per eandem diffinitionem converso ordinare: vt. d. sit prima et tercia. a. secunda. b. c. quarta: addit enim. m. multiplex prime super. b. multiplex secunde. Non addit autem. m. multiplex tertie super. k. g. multiplicem quarte: quare maior est proportio. d. ad. a. qd. d. ad. b. c. quod est secundum. **C** Ex huius autem demonstrationis modo patet sufficientia diffinitionis maioris impropotionalitatis: qd posuit auctor in principio huius quinti. Nusquam enim est maior proportio prime quatuor quantitatum ad secundam qd tertie ad quartam. quin contingat aliqua eque multiplicia ad primam et tertiam referiri: que cum relata fuerint ad aliqua eque multiplicia secunde et quarte: inuenientur multiplex prime addere super multiplex secunde. Non autem multiplex tertie super multiplex quarte: hec autem multiplicia sic reperiemus: sicut demonstrabimus infra supra. 12. huius.


Propositio .9.




Si fuerit aliquaz quantitatuum ad vnam quantitatem pro portio: vna ipsas esse equeles. Si vero vnius ad eas pro portio vna ipsas equales esse necesse est.

C. Si ovarum quantitatuum. a. et. b. propotione vna ad. c. dico eas esse equales. et si conuerso fuerit eadem propotione. c. ad. vtracqz earum: ad. b. huc dico eas esse equales. hec est conuersa. 7. Primum sic patet. si enim non sunt equales: sed altera earum maiore. pote. a. erit per primam partem. premisse maiori propotione. a. ad. c. qz. b. ad. c. quod est contra ypothe. Secundum quoqz patet: qz si. a. est maior. b. erit per secundam partem premisse maiori propotione. c. ad. b. qz ad. a. quod est etiam contra ypothesim.

Propositio .10.



aut alterius



Si fuerit vnius ad qualitatē vna aliquā propotione maior qualitatē maiorem esse. Si vero vnius ad eandēz propozitio maior minorēm esse necesse est.

C. Qd si fuerit maior propotione. a. ad. c. qz. b. ad. c. dico. a. esse maiorem. b. et si fuerit maior. c. ad. b. qz. c. ad. a. adhuc dico. a. esse maiorem. b. hec est conuersa. 8. Primum patet per primam partem. 7. et per primam. 8. nam per primam partem septime: non erit. a. equalis. b. nec etiam minor per primam octave. Secundum vero patet ex secundis partibus eamdem.

Propositio .11.





Si fuerint quantitatuum proportiones alicui vni equalis ipsas quoqz proportiones sibi inuicē equalēs esse necesse ē. C. Proportionem hāc quā euides in principio prīmi annumerant inter cōmunes animi conceptiones: que eidē sunt equalia sibi quoqz sunt equalia: put te quantitatibus intelligitur hic demonstrat prius proportionibus accommodatur. Si ergo vtracqz duarum proportionum que sunt. a. ad. b. et. c. ad. d. equalis proportioni que est. e. ad. f. oico proportiones que sunt. a. ad. b. et. c. ad. d. sibi inuicem esse equalēs. Sumam enim. g. ad. a. et. b. ad. c. et. k. ad. e. eque multiplicēs. Itemqz. l. ad. b. et. m. ad. d. et. n. ad. f. eque multiplicēs: et quia per ypothesim propotione. e. ad. f. est sicut. a. ad. b. et similiter sicut. c. ad. d. erit per conuersionem diffinitionis incontinue proportionalitatis bis sumptā si. k. addit super. n. qz. g. addit super. l. et. b. super. m. et si. k. minuit ab. n. qz. g. mi nuat ab. l. et. b. ab. m. et si. k. est equalis. n. qd. g. sit equalis. l. et. b. equalis. m. quia igitur. g. ad. l. et. b. ad. m. similiter se habent in addendo diminuendo et quando; mediantibus. k. et. n. erit per diffinitionem incontinue proportionalitatis. a. ad. b. sicut. c. ad. d. quod est propositum.

Propositio .12.

h	12	k	9	g	6
c	4	e	3	a	2
d	8	f	6	b	4
m	24	n	18	l	12

Si fuerit propotione prīmi ad secundū sicut tertij ad quartū. tertij vero ad quartū maior qz quinti ad sextū erit propotione prīmi ad secundū maior qz quinti ad sextū. C. Sicut in precedēti qz hic demonstrat in proportionalibus conce ptibile est in quantitatibus: vidēz qz si due quantitates fuerit sibi inuicē

LIBER



cōles quacunq; fuerit vna exz maior eadē maior erit & reliqua. **C**In proportionib; tamē hoc demonstratur: vt si sit pportio. a.ad.b. sicut.c.ad.d.c. vero ad.d. sit maior q̄z.e.ad.f. erit quoq; a.ad.b. maior q̄z.e.ad.f. Sumā enim.g.ad.a.r.b. ad.c.z.k.ad.e.eque multiplicē. Itemq; l.ad.b.z.m.ad.d.z.n.ad.f. eque multiplicē: & quia per hypothēsim propoxtio.c.ad.d.est sicut.a.ad.b. & maior q̄z.e.ad.f. erit per conuerſionem diffinitionis incontinue proportionalitatis si.b. addit sup m. & g. addat super.l. & per conuerſionem diffinitionis maioris improportionalitatis q̄ non sit necesse.k. addere super.n. quia igitur mediantibus.b.z.m. si.g. addit super.l. nō est necesse.k. addere super.n. erit per diffinitionem maioris improportionalitatis maior: propoxtio.a.ad.b.q̄z.e.ad.f. quod est propositū. **C**Si mili quoq; modo pbabis q̄ si sit.a.ad.b. sicut.c.ad.d.z.c.ad.d.minor q̄z.e.ad.f. erit.a.ad.b.minor q̄z.e.ad.f. cum enī sit.c.ad.d. minor q̄z.e.ad.f. erit.c.ad.f. maior q̄z.c.ad.d. per conuerſionem igitur diffinitionis maioris improportionalitatis. si.k. addit super.n. non est necesse q̄.b. addat super.m. sed si.b. non addit super.m. g. non addit super.l. ergo si.k. addit super.n. non est necesse vt.g. addat super.n. per diffinitionē igitur maioris improportionalitatis maior: erit propoxtio e.ad.f.q̄z.a.ad.b. ergo econuerso: minor erit.a.ad.b.q̄z.e.ad.f. quod ē ppositum. **E**x modo autem demostratiōis octane hui⁹ & bac: sic manifestū q̄ si fuerit pri me quatuor quantitatū ad secundā maior propoxtio q̄z tertie ad quartam cōtin get reperire aliqua eque multiplicia prime & tertie. que cū cōparabuntur ad aliq; eq; multiplicia secūde & quarte inuenientur multiplex prime addere sup multiplex scđe. non autem multiplex terrie super multiplex quarte: qđ sic patet! Sit enī maior propoxtio.a.b.ad.c.q̄z.d.ad.e. ponam ergo vt sit propoxtio.a.f. ad.c. sicut.d. ad.e. eritq; per banc.12. & per.10.a.f. minor.a.b. & sit minor in quantitate.f.b. quā mul tiplicabo totiens q̄ proueniat quātitas maior.c. que sit.g.b.bac conditione. vt.d totiens multiplicata producat quantitatē non minorem.c. que sit.k. tunc ponam vt.l.g. sit ita multiplex.g.f.sicut.g.b.est multiplex.f.b.aut.k.d.eritq; per primam huius.l.b. ita multiplex.a.b.sicut.k.d. Dcinde ponam q̄.m. sit prima quantitas multiplex.e. que sit maior.k. & ponam.n. ita multiplicem.c.sicut.m. est multiplex.e. eritq; per premisas hypothēses & conuerſionem diffinitionis incontinue proportionalitatis quantitas.n. prima multiplicem.c. que erit maior.l.g. nec erit.l.g. minor.c. Sumam ergo sub.n. maximā multiplicem.c. aut sibi equalē si forsitan.n. sit prima multiplicem cius que sit.o. constabitq; n. ex.o. z.c. quia ergo. l.g. non est minor.o. z.g.b.est maior.c.erit.l.b. maior.n. quare cum.k. sit minor.m. patet propositum. **L**onuersam quoq; huius demonstrare possumus. Videlicet q̄ si cōtingit reperire aliqua eque multiplicia prime & tertie: quamvis multiplex prime ad dat super aliquod multiplex secūde: & multiplex tertie non addat super multiplex quarte: maior erit propoxtio prime ad secundam q̄z tertie ad quartam: qđ sic probatur. Sint quatuor quātitates.a.prima.b.secunda.c.d.tertia.e.quarta. sintq; f. ad.a.z.g.ad.c.d.eque multiplicia. Similiter.b.ad.b.e.k.ad.c.eque multiplicia: & addat.f.super.b. non addat autem.g.super.k. dico q̄ maior est propoxtio.a.ad.b.q̄z.c.d.ad.e. Si enī equalis per conuerſionem diffinitionis incontinue proportionalitatis adder.g.super.k. qđ est contra hypothēsi. Si autē minor fit.c.l. ad.e. sicut.a.ad.b.eritq; per huius.10.c.l.minor.c.d. & sit minor i quātitate.l.d. Ponā igitur vt.m.n. sit ita multiplex.c.l. & n.p. multiplex.l.d. sicut.f. est multiplex.g.

eritq; per primā būius.m.p.ita multiplex.c.d.sicut.f.est multiplex.a.vtrāq; igit
totaꝝ quantitatū.m.p.z.g.est eque multiplex quantitatīs.c.d.ergo ipſe ſit eq̄/
les. Nam hec illatio dēmōstrata eſt in.z.būius :z quia.g.non eſt maior.k.nō erit
m.p.maior eadem. ſcd per conuerſionē diſtinctionis incontinue proportionalitatis
m.n.eſt maior.k.eo q̄.f.eſt maior.b.ergo.m.n.eſt maior.m.p.qd eſt imposſibile
quare relinquitur propositum.

Propoſitio .13.

Si fuerint quolibet quantitatū ad totidem alias propor/
tio vna eſt quoq; que proportio vnius ad vnam. eadem
proportio barum omniꝝ pariter acceptarum ad omnes
illas pariter acceptas.




Qd p̄mo proposuit de multiplicibꝫ:bis proponit de omnibꝫ pro/
portionibus:vn̄ hec eſt cōmūnior illa:eo q̄ omnis multiplicitas eſt proportio:nō
autē econuerſo. Sit igitur.a.ad.b.z.e.ad.d.z.e.ad.f.vna proportio:vico q̄ que
eſt proportio.a.ad.b.eadem eſt cōpositi ex.a.c.e.ad cōpositū ex.b.d.f.Sumā.g
ad.a.z.b.ad.c.z.k.ad.c.eque multiplicia. Itcmq; l.ad.b.z.m.ad.d.z.n.ad.f.eq̄
multiplicia:eritq; per primā būius cōpositū ex.g.b.k. ita multiplex cōpositū ex
a.c.e.sicut.g.eſt multiplex.a.Similiter per eandē cōpositū ex.l.m.n.eſt ita mul/
tiplex cōpositi ex.b.d.f.sicut.l.e multiplex.b.z p̄ conuerſionē diſtinctionis incontinue
proportionalitatis.bis ſūptā ſi.g.addit ſup.l.b.addit ſup.m.z.k.super.n.z ſi mi/
nuit minuit:z ſi equat equat:ergo per cōmūne scientiam ſi.g.addit ſup.l.com/
positū ex.g.b.k.addit ſuper compositū ex.l.m.n.z ſi minuit minuit:z ſi equat
equat:ergo per diſtinctionem incontinue proportionalitatis proportio.a.ad.b.c
ſicut cōpositi ex.a.c.e.ad compositū ex.b.d.f.quod eſt propositū.

Propoſitio .14.

Si fuerint quatuor quantitates proportionales. fueritq;
maior prima tertia. neceſſe eſt ſecundā. quarta eſte maio/
rem. Qd ſi minor z minorē. Si vero equalis z equalē ēe.
Si proportio.a.ad.b.sicut.c.ad.d.dico q̄ ſi.a.eſt maior.c.b.eſt
maior.d.z ſi minor minor.z ſi equalis equalis. Si enim.a ſit maior
c.eſt per primā partē.8.būius maior proportio.a.ad.d.q̄.c.ad.d.quare maior
erit.a.ad.d.q̄ ad.b.ergo per ſecundā partē.10.būius.b.eſt maior.d.qd eſt propor/
tium.Qd ſi.b ſit minor.c.eſt per primā pte.8.minor proportio.a.ad.d.q̄.c.ad
d.quare maior erit.a.ad.b.q̄ ad.d.per ſecundā ergo pte.10.b.eſt minor.d. Si
autem.a ſit equalis.c.eſt per primā partem.7.a.ad.d.sicut.c.ad.d.quare.a.ad.d
ſicut ad.b.itaq; per ſecundā pte.9.b.eſt equalis.d.sicq; paret propositum.

Propoſitio .15.

Si fuerint aliquibus quantitatibus eque multiplices affi/
gnate. eſt iplarum multipliciū atq; lub multipliciū vna
proportio.
Si n. c.ad.a.z.d.ad.b.eque multiplices. vico q̄ que eſt proportio
a.ad.b.eadem eſt c.ad.d.divida.z.c.bm quātitatē.a.z.d.bm quātitatē
b.c ſūtq; tot partes.c.quot.d.z quia quelibet pars.c.ad q̄libet partem.d.ſe ba/
uet ſicut.a.ad.b.eſt per.13.būius.c.ad.d.sicut.a.ad.b.qd eſt propositum.



LIBER

Propositio .16.

Ifuerit quatuor quantitates proportionales. punitum quoq; proportionales erunt.



Sit proportio. a.ad.b.sicut.c.ad.d. dico q; erit. a.ad.c.sicut.b.ad d. et iste est modus arguendi qui dicit proportionalitas permutata. cuius demonstratio sic patet. Summa e.ad.a.z.f.ad.b. eque multiplices itemq; g.ad.c.z.b.ad.d. eque multiplices: eritq; per premissam. e.ad.f.sicut.g.ad b. quare p. 14. si e.addit supra. g.z.f.addit super. b. et si minuit minuit: et si equat equat: per diffinitionem igitur incontinue proportionalitatis erit. a.ad.c.sicut.b.ad d. quod est propositum. Necesse est autem ut in permutata proportionalitate sint omnes quatuor quantitates eiusdem generis.

Propositio .17.

Ifuerint quantitates confunctum proportionales. easdem disjunctum quoq; proportionales esse.






Demonstratio modo arguendi qui dicit proportionalitas permutata: demonstrat illu qui dicit proportionalitas disjuncta. Sit itaq; pportio. a.b.ad.b.c.sicut.d.e.ad.e.f. dico q; erit. a.c.ad.c.b.sicut d.f.ad.f.e. Summa enim. g.b.ad.a.c.z.b.k.ad.c.b.itemq; l.m.ad.d.f.z.m.n.ad f.e. eque multiplices: eritq; per primam huius. g.k. ita multiplex. a.b.sicut.g.b. est multiplex. a.c.z.l.n. ita multiplex. d.e.sicut.l.m. est multiplex. d.f. et ideo per pie missas ypottheses. g.k. est multiplex. a.b. sicut est. l.n. d.e. ponam iterum. k.p.ad.c.b. z.n.q.ad.f.e. eque multiplices: eruntq; per secundam. b.p.ad.c.b.z.m.q.ad.f.e. eq; multiplices per conversionem igitur diffinitionis incontinue proportionalitatis. si g.k.addit super. b.p.l.n.addit sup. m.q. et si minuit minuit: et si equat equat. demptis itaq; communibus. b.k.z.m.n. erit per communem scientiam: vt. si. g.b.addit super. k.p.q.l.m.addit super. n.q. et si minuit minuit: et si equat (equat. ergo per diffinitionem incontinue proportionalitatis propositio. a.c.ad.c.b.est sicut. a.f.ad.f.e. quod est propositum).

Propositio .18.


Ifuerint quantitates disjunctum proportionales. coniunctum quoq; proportionales erunt.



Chec. 15. proponit negationes cōuerſi: que affirmationsib⁹ quas. 13. binus conuerſi proponit opponuntur: vt ſi ſint duo numeri quadrati. a. et. b. quo/ sum latera. c. et. d. ſi. a. non numerat. b. c. quoq; non numerabit. d. econuerſo: etiā ſi. c. non numerat. d. nec. a. b. ſit enim primo ut. a. non numeret. b. ſi itaq;. c. nu/ merat. d. per ſecundā partem. 13. buiſſus e. a. numerabit. b. qd ē cōtrariū positioni ſicq; patet. priuum. ſecundū quoq; ſic: ſit p̄t. c. nō numeret. d. itaq;. ſi. a. numeret. b

VIII

per primā ptem. 13. necesse est ut c. numeret. d. necesse est igitur ut numeret ipsum cū non numerat ipsum: qd est impossibile. Quādmodū autē necesse est cōverti negationes oppositas affirmariōibus quas. 13. demōstravit cōverti; sic quoqz necesse ē cas negatiōes que opponunt illis affirmationibz quas pmissa cōverti demōstra mit cōvertant. Vnde si cubus nō numerat cubū nec latus eius numerabit latus illi? econverso quoqz si latus vnius nō numerat latus alterius; nec ipse cubus numerabit alterū cubū. demōstrat aut hoc p pmissam a destricione psequēris: sicut qd p/ positum est per. 13. ideoqz hoc auctor nō propositus: sed per id qd p/ propositū ē ipsū dedit intelligi.

Propositio 16.

Si duo numeri supficiales fuerint siles necesse ē tertū nu/ merū fin pportionalitatē cōtinua eis iteresse: eritqz pro/ portio vnius numeri ad altez sibi simile velut vni lateris

sui ad latu alterius se respiciens propotion duplīcata.

Sint duo numeri. a. z. b. supficiales et similes: dico q inter ipsos cadet vnius numerus in cōtinua pportione: latera enī. a. sine. c. z. d. b. vero. latera sint. e. z. f. eruntqz ex cōversione diffinitionis numeroz similiū. e. ad. e. sicut. d. ad. f. constat aut q ex. e. in. d. fiat. a. z ex. e. in. f. b. fiat itaqz. g. ex. e. in. d. eritqz p. 19. septimi. a. ad. g. sicut. c. ad. e. z per. 18. euſdē. g. ad. b. sicut. d. ad. f. quare. a. ad. g. sicut. g. ad. b. est itaqz. g. cōtinua pportionalitate medius inter. a. z. b. qd est pro/ positum. Lorenſ. aut patet. cū sicut. a. ad. b. per diffinitionē sicut. a. ad. g. duplīcata. que eadem est illi qdc est. c. ad. e.

Propositio 17.



Si secūdū cōtinuum pportionalitatē tertī numerū vnoqz numeris inter sit: illi duo numeri supficiales sunt et similes.

Thcc est cōversa pmissa: ut si inter. a. z. b. sit. c. sub cōtinua pportio/ nalitatē cōstitutus. a. z. b. erunt supficiales et similes. sint enī. d. e. c. minimi in proportionē qd continuantur. a. b. c. qui per. 21. scpti/ mi numerabunt. a. z. c. equaliter: sicutqz vt fm. f. et per eandem. x. z. b. equaliter: et sit vt fm. g. erunt igitur per diffinitionem. a. z. b. supficiales: et erunt etiam per diffi/ finitionem. d. z. f. latera numeri. a. c. quoqz e. g. latera numeri. b. Qd autē ipsi sint similes sic habero: cum enim ex. d. in. g. sit. c. et ex. e. in. f. sit idē. c. erit p scđam per/ tem. 20. septimi. d. ad. e. sicut. f. ad. g. per diffinitionē igitur. a. z. b. sunt similes qd est propositum: hoc autem ultimum qd est. a. z. b. esse similes potest etiam haberi per. 19. z. 18. septimi et per has rpoth. q. a. c. b. sunt p̄tinue pportionalales in ppor/ tione. d. ad. c. minimoz numerantū. a. z. c. fm. f. z. c. z. b. scđam. g.





Propositio 18.

Si fuerint duo numeri solidi siles: necesse est eis duos nu/ meros fm continuam pportionalitatem interesse. erit/ qz propotion vnius solidi ad alterum sibi similem. velut cuiuslibet sui lateris ad latu alterius respiciens se. ppor/ tionaliter propotion triplicata.

Sint duo numeri. a. z. b. solidi similes: dico q inter ipsos cadent duo numeri in cōtinua pportione. Sunt enī latera numeri. a. c. d. e. latera vero. b. sint. f. g. h. erunt qz ex cōversione diffinitionis numeroz similiū. c. ad. f. z. d. ad. g. sicut. c. ad. h. Sic igitur ex. c. in. d. k. et ex. f. in. g. l. eruntqz ex diffinitione. k. z. l. supficiales et similes.



LIBER



quare per. is. huius unus numerus cadet inter eos medius sim proportionē c.ad.f. qui sit.m. Di manifestū aut ē q̄ ex.e.in.k.fit.a. t ex.b.in.l.b. si igit̄ ex.e.in.m. e.l. fiant.n.z.p.erūt p. 18. septimi. a.ad.n.sicut.k.ad.m.t.n.ad.p. sicut.m. ad.l. q̄c a.n.p.sunt primae proportionales in proportionē c.ad.f. e q̄ per. 19. eiusdē.p.ad.b. sicut.e.ad.b. e ideo sicut.c.ad.f. sequit̄ ut quatuor numeri. a.n.p.b. sint continuo proportionales sim proportionē c.ad.f. sunt itaq̄ inter.a.z.b.duo numeri.n.z.p. medij incōtinu. proportionalitate suoꝝ laterum interpositi: qđ ē ppositū. Lorci. autē p̄cū pportio.a.ad.b.sit p̄ diffinitionē sicut.a.ad.n.triplicata que est eadem illi. qđ est.c.ad.l.

Propositio 19

Seis scdm cōtinuā proportionalitatē duo numeri interācent quilibet duo numeri solidi sunt atq̄ similes. Quic est p̄uersa p̄missile vt si inter.a.z.b.sint duo numeri. c.z.d. medij in cōtinua proportionē erūt. a.z.b. solidi e similes: Sunt enim tres minimi in eadē proportionē primae proportionales qui sunt. c.f.g. crūtq̄ per. 17. e.z.g. superficiales e similes. sint ergo. b.z.k. latera. c. at. l. z. m. latera. g. etiq̄ per conel. 16. huius. e. ad. f. sicut. b. ad. l. aut sicut. k. ad. m. manifestū autē est ex tercia q̄. e. z. g. sunt p̄tra se primi: ideoq̄ per. 23. septimi in sua proportionē minimi. e q̄ p̄ equā proportionalitatē sunt. a. ad. d. e. c. ad. b. sicut. e. ad. g. sequit̄ per. 21. septimi: ut ipsi numerent. a. z. d. equaliter qđ sit sim. n. z. item. c. z. b. equalis qđ sit sim. p. Quia igit̄ ex. b. in. k. fit. e. e ex. e. in. n. fit. a. sequit̄ p̄ diffinitionē vt. a. sit solidus eiusq̄ latera. b. k. n. sitr q̄ ex. l. in. m. fit. g. e ex. g. in. p. b. sequitur etiam ut. b. sit solidus e eius latera. l. m. p. ipsos autē esse similes sic constabit cū ex. g. in. n. sit. d. e ex. eodē in. p. b. erit p. 18. septimi. n. ad. p. sicut. d. ad. b. e q̄ sic erant b. ad. l. z. k. ad. m. p̄ diffinitionē manifestū est. a. z. b. esse similes: qđ est p̄positū.

Propositio 20

Strium numerorum continuo proportionaliū primum fuerit quadratus tertium quoq̄ quadratum esse. Sint tres numeri continuo proportionales. a. b. c. fitq̄. a. quadrat⁹ dico q̄. c. est etiā quadratus sunt enī p. 17. a. e. c. superficiales e similes cum igit̄. a. sit quadratus p̄ hypothē. erit. c. quadratus.

Propositio 21

Siquatuor numerorum continuo proportionalium. primum fuit cubis: quartum cubum esse necesse est. Sint quatuor numeri cōtinue proportionales. a. b. c. d. fitq̄. a. cubus: dico q̄. d. est etiā cubus: cōstat enim per. 19. q̄. a. z. d. sunt solidi similes: e q̄. a. est cubus per hypothē. erit etiam. d. cubus.

Propositio 22

Si duox numeroꝝ quoꝝ propoſtio ſicut quadrati ad quadratū fuerit vñ⁹ quadrat⁹: alterū quoq̄ quadratum eſſe. Sint duo numeri. a. z. b. in proportionē duox quadratoꝝ qui ſunt c. z. d. fitq̄. a. vel. b. quadratus: dico reliquū eſſe quadratū: cū enim c. z. d. ſint quadrati: ſequitur eos eſſe superficiales similes. ideoq̄ per 16. cadet unus medius inter eos in continua proportionē: quare per. 8. e inter. a. e. b. per. 20. igit̄ cōstat p̄positū.

Propositio 23

Si duo numerorum quoque proportionis ad alterum sit sicut cubi ad cubum alterius fuerit cubus ad alterum cubicum esse. **C**sint duo numeri. a. et. b. in proportione duorum cuborum qui sunt. c. et. d. si quoque a. vel. b. cubus; dico reliquum esse cubum. necesse est enim quod c. et d. sint solidi similes: quippe omnes cubi sunt similes et solidi: itaque per inter ipsos cadent duo medii in continua proportione totidem igitur per. s. cadent inter. a. et. b. itaque per. 2. manifestum est quod dicuntur.

Propositio .24

Numerorum superficialium similium est proportio unius ad alterum sicut proportio quadrati ad quadratum. **C**sint. a. et. b. superficiales similes. dico quod unus ad alterum est proportio sicut quadrati ad quadratum: erit enim per. 16. inter eos unus numerus medius in continua proportione qui sit. c. sumptis itaque tribus minimis in proportione eorum: qui sunt. d. e. f. erunt per conatur. 2. d. ad. f. quadrati: et quod equa proportionalitate est. a. ad. b. sicut. d. ad. f. constat vero esse quod apponitur.

Propositio .25




Mundum duorum solidorum similium est proportio unus ad alterum sicut aliquius cubi ad aliquem cubum. **C**sint. a. et. b. solidi similes: dico quod proportio unus eorum ad alterum est sicut aliquius cubi ad aliquem aliud cubum. Sunt quidem per. 18. inter eos duo numeri medi in continua proportione qui sit. c. et. d. i. eorum proportione sunt minimi: quartus. e. f. g. h. quoque c. et. b. erunt cubi per conaturum secundum: quod igitur per equa proportionalitatem est. a. ad. b. sicut. e. ad. h. liquet proportionem. *Explicit liber Octauus Incipit liber Nonus.*



Ar numerus est qui potest in duo equalia divididi. **C**Impar numerus est qui in duo equalia divididi non potest: additique supra parē unitatem. **P**ariter pars est quae cuncti pares eum numerantur paribus vicibus numerantur: **C**Pariter in par est quae cuncti pares eum numerantur imparibus vicibus numerantur. **C**Pariter pars et impariter pars est quae pares eum numerantur quidam paribus quidam in paribus vicibus numerantur. **C**Impariter pars est quae cuncti imparibus eum numerantur imparibus vicibus numerantur. **C**Perfectus numerus appellatur qui oibus partibus suis quibus numeratur est equalis. **C**Omnibus dicitur qui oibus suis partibus minor est. **C**Diminutus vero qui maior.

Propositio .26

Si fuerint duo numeri superficiales similes qui ex ductu alterius in alterum producetur numerum quadratum esse necesse est. **C**sint. a. et. b. superficiales similes ex quoque multiplicatione proveniant. c. dico. c. esse quadratum: fiat enim d. ex. a. in se. eritque per. 16. septimi. mi. d. ad. c. sicut. a. ad. b. et quod inter. a. et. b. cadit unus medius secundum continuam proportionalitatem per. 17. octauum. sequitur per. 8. eiusdem ut unus quoque cadat inter. d. et. c. itaque cum d. sit quadratus erit per. 20. eiusdem. c. quoque quadratus quod est propositum.



LIBER

Propositio 2

Si ex ductu alterius in alterum tetragonus producatur. duo quilibet numeri sunt superficiales similes. Ex his itaque pars tens est: quia si tetragonus in tetragonum ducatur qui ex eis productetur tetragonum esse. Si vero ex ductu tetragoni in numeru aliquo tetragonus producatur illu numerum aliquo esse tetragonum. Itaque si ex ductu tetragoni in numeru aliquo non tetragonus producatur eum numerum aliquo non tetragonum esse. Si vero tetragonus in numeru aliquo non tetragonum ducatur: qui inde productetur non tetragonum esse necesse est.

Chec est pueris prioris ut si ex. a. in. b. fiat. c. quadratus: erunt. a. et. b. superficiales similes. sit eni. d. ex. a. in se. critque per. 18. septimi. d. ad. c. sicut. a. ad. b. per. 16. aut. s. cum. d. et. c. sint superficiales similes: eo quod sunt ambo quadrati. erit inter eos unus numerus medi⁹ bin⁹ continua proporcionalis. itaque eiusdem erit etiam unus inter. a. et. b. Igitur p. 17. eiusdem. a. et. b. sunt superficiales similes: quod est propositum Prima ps corollari. patet p. premissam: sunt enim omnes tetragonos superficiales similes secundum patet ex hac cum sit solus tetragonos similis tetragono. Tertia ps patet ex prima ipsius corollari. pte a destructione sequentis. quarta vero p. ex eiusdem pte secunda a destructione etiam sequentis.

Propositio 3.

Si numerus cubus in se ipsum ducatur qui inde produceatur erit cubus.

Sit. a. cubus ex quo in se duxto fiat. b. dico. b. esse cubus. sit eni. a. latus cubic⁹. a. ex. c. vero in se fiat. d. patet itaque quod ex. c. in. d. sit. a. sunt igitur unitas. c. d. a. proportionales: quod ex. 18. septimi et per sentibus hypothesibus manifestum est: et quia est. a. ad. b. sicut unitas ad. a. eo quod quotiens unitas est in a. toties. a. in. b. erit iter. a. et. b. duo numeri medi⁹ bin⁹ proportionale per. 8. octauis: cum igitur ex hypothesi sit. a. cubus erit per. 2. eiusdem. b. quoque cubus: quod oportebat demonstrare.

Propositio 4.

Si cubus in alium cubum ducatur. qui inde productetur erit cubus.

Sint. a. et. b. cubi: fiatque c. ex. a. in. b. dico. c. esse cubum. fiat enim d. ex. a. in se. critque per premissam. d. cubus et quod per. 18. septimi est. a. ad. b. sicut. d. ad. c. constat ex. 2. octauis. c. esse cubum: quod est propositum.

Propositio 5.


Si numerus cubus in numeru aliquo ducatur: fueritque productus cubus in quem ductus est numerum cubum esse necesse est. Unde et manifestum est: quia ex ductu cubi in non cubum productitur non cubus. Ductoque cubo in numeru aliquo si fuerit qui inde productetur non cubus in quem ille ductus fuerit necesse est esse non cubum.

Sit eni ex. a. cubo in. b. numeru productus. c. cub⁹ dico. b. esse cubus: fiat enim d. ex. a. si qui per antepremissam erit cub⁹: quod igitur est per. 18. sep. a. ad. b. sicut. d. ad. c. estque a. cubus h. c. d. et. c. cubi crit p. 2. octauis. b. cub⁹ quod est p. p. positum: prima ps corollari. patet ex hac quinta a destructione p. n. tis. secunda per p. missam sicut a destructione t. sequentis.

Propositio .6.

SEx ductu cuiusdam numeri in se ipsum cubus producas eum esse cubum necessario comprobatur.

C Sit ut ex. a. in se fiat. b. sitqz. b. cubus: dico ergo. a. esse cubum: fiat eni. c. ex. a. in. b. eritqz ex diffinitione. c. cubus. et qm̄ constat ex. 18. septimi q̄ sit. a. ad. b. sicut. b. ad. c. tū sint. b. et. c. cubi: sequit ex. 23. octau. a. esse cubum: qd̄ ē ppositū.



Propositio .7.

SI numerus cōpositus in numerum quēlibet ducatur: qui inde producetur erit solidus.


C Sit. a. numerus cōpositus: qui ducatur in. b. et pueniet. c. dico. c. esse numerū solidū: cū eni. a. sit cōpositus numeratur ab aliquo numero qui sit. d. numeretqz eum sc̄m. e. quia igitur ex. e. in. d. fit. a. et ex. a. in. b. c. erit ex diffinitiōe solidoz. c. solidus eiusqz latera. e. d. b. qd̄ ē ppositū.



Propositio .8.

SI fuerint nūmeri ab vnitate cōtinue proportionales: tertius ab vnitate erit quadratus: ac deinceps uno semper intermissio. Quartus vero ab vnitate cubus: ac deinceps duobus semper intermissis. Itēqz septimus ab vnitate ē quadratus cubicus. ac deinceps: quinqz semper intermissis quadratus cubicus continuo sequitur.

C Sint cōtinue proportionales vnitas. a. b. c. d. e. f. g. h. k. l. m. n. dico. b. esse quadratum et. d. obmissio. c. et sic alios uno semper obmissio. vnde simpli om̄s existētes in in locis ipsaribz sunt quadrati: vt sunt tertius quintus et septimus: dico item. c. esse cubū et. f. duobus obmissis: et sic in ceteris. Omnisqz simpli est cubus cui⁹ ab vnitate locus addit sup ternariū: vel quēlibet multiplicē ipsius ternarij vnitatē: vt sunt quartus septimus decim⁹ tertiusdecimus et sextusdecimus. in his eni puenient om̄nes qui duos transmittunt. Itēqz dico. f. ab vnitate septimū esse quadratum cu/ bicū: et silt. n. quinqz numeris intermissis: idēqz in ceteris. Simpli autē dico cui⁹ locus ab vnitate addit super senariū vel quēlibet multiplicē ipsius vnitatē: vt sunt septimus tertiusdecimus decimusnonus et vicimusquintus: illū cē quadratum cu/ bicum: quadratum quidē qm̄ eius locus impar: cubū autē qm̄ sup multiplicem ter/ narij addit vnitatem quippe senarij multiplicē cūctos ternarij necesse est cē mul/ tiplices. Que autē pposita sunt sic constat. Est eni ex hypothesi. a. in. b. quoties vni/ tas in. a. itaqz. b. ex diffinitione quadratus: q̄ iſi. b. c. d. sūt cōtinue proportiona/ les cu. b. sit quadratus p̄ ex. 17. vcl. 20. octau. d. esse quadratum. Eadem rōne et f. q̄. d. e. f. sunt cōtinue proportionales: ct. d. est quadratus: idem in ceteris uno iter/ missio: p̄stat itaqz primū. Sc̄m sic cū sit. b. in. c. quoties. a. in. b. ex hypoth. sequit̄ a diffinitione vt ex. a. in. b. suū quadratum fiat. c. iſi ex diffinitiōe cubi. c. est cub⁹ At q̄. c. d. e. f. sūt cōtinue proportionales sed et. f. g. h. k. autē c. cubus: necesse est per. 19. vcl. 21. octau. vt. f. quoqz sit cubus. idcoqz et. k. idemqz i ceteris duob⁹ trās missis: q̄rē liquet sc̄m. Qm̄ autē. m. f. septimo et in. n. tertiodecimo: ceterisqz quin qz medios obmittētib⁹. simpli vero et in oībus quoqz loc⁹ semp quēlibet multiplicē senarij addit vnitatēz: terminant quadratoz et cuboꝝ cōputatiōes: in his quidem vni⁹: in illis autē duoz obmissione sequit̄ ipsos esse q̄dratos: ex huīns prima p̄c et cubicos ex sc̄m: quāre quadrati cubici: constat ergo totum quod dicitur



LIBER

Propositio. 9

In numeris quolibet ab unitate continua proportionalitate dispositis unitate sequens quadratus fuerit: ceteri quoque omnes erunt quadrati. Si vero qui unitate sequitur fuerit cubus ceteri quoque omnes erunt cubi.

Sunt qui prius continue proportionales ab unitate: sicut a. quod datus: dico omnes esse quadratos. aut sit idem cubus: tunc quoque dico omnes esse cubos. b. eni constat esse quadratum per premissam: quod ergo a. ad. b. sicut b. ad. c. ex 2. octauum sequitur. e. esse quadratum. id est quoque ex eiusdem. 17. vel. 20. potes arguere: de sequentibus autem idem eodem modo probabis: quare patet primus. Scimus autem sic. cum b. fiat ex a. in se si fuerit a. cubus erit per 3. ipse quoque cubus. c. vero constat esse cubum per premissam. itaque per 23. octauum. d. omnesque sequentes cubicos esse probabis: est enim a. ad. b. sicut c. ad. d. Idem quoque arguere potes ex 19. vel. 21. eiusdem sunt enim a. b. c. d. sed et b. c. d. e. singuli que continuerint sumptu continue proportionales.

Propositio. 10.

In numeris quolibet ab unitate continua proportionalitate dispositis unitate sequens non quadratus fuerit. non erit alioque quisque quadratus exceptis ab unitate: tertio ex his qui deinceps uno semper intermissione reperiuntur tetragoni. Si vero secundus ab unitate non fuerit cubus: nullus ceterorum erit cubus exceptis ab unitate quarto: et deinceps his qui duorum semper intermissione formantur cubicis.



Chec ex opposito subiecti premissae inferat prem oppositi passionis. dico autem partem quam ex 8. probat omnes impares esse quadratos. omnesque quorum locus super ternarium vel quilibet ipsius multiplicem addit unitate esse cubos. sint itaque qui prius ab unitate continente proportionales non sit autem a. quadratus sed nec cubus. dico nullum ex aliis esse quadratum: aut cubicum nisi quos octaua proponit. si enim quis alius ponatur quadratus sequitur per 22. octauum. a. esse quadratum. Quod si cubus sequitur per 23. eiusdem. a. esse cubum quorum unitus contrarium est postea. Constat ergo ppositum:

Propositio. 11.

In numeris quolibet ab unitate continua proportionalitate dispositis aliquis numerus primus ultimum numeretur: cum quoque qui unitate sequitur numerare necesse est.

Sunt vero ad d. continente proportionales ab unitate: sicut c. numerus primus de quo ponas ipsum numerare. d. dico quod idem numerabit a. Nam si non erit ad ipsum primus per 32. sep. et quod ex a. i. se fit. b. sequitur ex 26. eiusdem ut ipse quoque sit primus ad b. sed et ad c. et ad d. sequitur ipsum ex primis per 25. eiusdem: eo quod ex a. i. b. fit. c. et ex eodem in c. d. non ergo numerat. d. cum sit primus ad ipsum: quod accidit per rationem hypotheseos. Ide alterum cum sit e. primus si non numerat. a. primus erit ad ipsum per 32. sep. Itaque per 32. eiusdem erit minimi i. sua proportione: quod autem e. ex hypothese numerat. d. sit ut b. m. f. probat vero quod ex a. in c. fiat. d. ergo quod secundum pte. 20. sep. erit a. ad. e. sicut f. ad. c. quod per 21. eiusdem e. numerabit. c. et sit ut b. m. g. et quod ex a. i. b. fit. c. sequitur quod per easdem et eodem modo ut e. numeret. b. esto ergo quod b. m. b. et quod rursus ex a. in se fit. b. necesse est ut et per easdem ut e. numeret. a. sed positum erat non numerare s. accidit impossibile.


Propositio. 12.




In numeris ab unitate continue proportionalibus minor maior / re numerat sum aliquem in illa proportionalitate dispositum. **C**sint ab unitate usque ad f. continuae proportionales. dico nullum ipsorum numerare. f. nisi sum aliquem alioz: constat enim quod e. numerat ipsum. f. sum a. est enim e. ad f. ut unitas ad a. sed etiam d. numerat eiusdem f. sum. b. est namque per equam proportionalitatem d. ad f. ut unitas ad b. De c. quoque patet eodem modo quod secundum se ipsum numeret eum. Econverso quoque a. numerat eum f. sum. e. eo quod sicut unitas ad e. ita a. ad f. b. vero sum d. est enim ut unitas ad d. ita b. ad f. Vix igitur est quod apponitur. Quippe quotusquisque qui proponit ultimum numerare fuerit sub ultimo sum totum supra unitatem numerare ipsum convincit per equam proportionalitatem et definitionem.

Propositio 13

Nonlibet numeris ab unitate continue proportionalibus si qui unitatem sequitur fuerit numerus primus maximum eorum nisi de numeris in illa proportionalitate dispositis nullus numerabit.



Csint ut prius usque ad d. continuae proportionales ab unitate. sumus a. numerus primus: dico quod nullus numerabit ultimum nec simili aliquem eorum nisi aliquis eorum qui antecedit ultimum vel eum qui ponit numerari. Sit enim si possibile e. e. dicitur sum ab eis qui numeret. d. qui si fuerit primus per unitatem numerabit. a. non igitur e. a. sum primus quod est per hypothese. Si autem ipse fuerit copositus necesse est per propositionem 30. septimi: ut aliquis primus numeretur cuius non erit nisi a. Nam si e. aliud ab a. ut f. cum necesse sit ipsum numerare d. argueretur etiam eiusdem numerare. a. per unitatem. sic quoque a. non erit primus. Est igitur a. primus numeratus. e. quoniam autem c. numerat d. sit ut sum. g. critique per secundam partem 20. septimi. a. ad e. sicut g. ad c. sit enim d. ex. a. i. c. quod est ut a. numerat. e. e. g. numerabit. c. sitque ut sum. b. sequiturque ut a. numeret. g. sicut sequitur ut numeraret. c. alioquin si g. quidem est primus cum numeret. c. sequitur per unitatem ipsum numerare. a. Si autem copositus per eadem sequitur numerum ultimum numerantem. g. numeraret. a. quod est inconveniens. itaque a. numerat eum. sequitur ergo per secundam partem 20. septimi ut b. numeret quoque b. eo quod tamquam ex. a. in. b. quod est. g. in. b. constat perducere. c. numeret. b. itaque ipsum sum. k. Constat autem ut per unitatem dicitur. g. per. a. non numeretur. b. Nam si non non erit a. primus itaque per secundam partem 20. septimi sequitur ut k. numeret. a. sit enim tamquam ex. a. in. se. quod est ex. b. i. k. b. Manifestum est autem k. non esse a. nullus enim numeretur. g. b. k. est aliquis ex. a. b. c. d. si enim g. esset aliquis ex. eis. sed non erat: nec igitur g. sit ut b. numeret. c. sum. g. non erit b. aliquis ex. a. b. c. Nam esset per primis et g. ostendit est autem quod non: nec igitur b. eadem ratione nec k. cum enim ipse numeret. b. secundum. b. si ipse esset a. connumeretur per primis. b. quoque esset a. At non erat: nec igitur k. erit a. numerat autem ipsum. Non est itaque a. primus quod est impossibile. **C**litter idem si c. dicitur sum ab a. b. c. d. numerat d. sit ut secundum. f. et quod a. numerus primus numerat. d. perducere ex. c. in. f. sequitur ex 33. septimi quod ipse numeret. e. vel f. numeret. ergo e. quod est tamquam ex. a. i. c. quod est ex. e. in. f. sit d. erit per secundam partem 20. septimi. a. ad e. sicut f. ad c. numerat itaque f. c. sit ut secundum. g. critique per 33. septimi ut a. quoque numeretur. f. vel. g. sitque ut f. sequiturque per secundam partem 20. eiusdem ut g. numeretur. b. sitque ut secundum. b. ut prius igitur a. numerabit. g. vel. b. et sit ut numeretur. g. b. ergo per secundam partem 20. numerabit. a. si itaque b. non est equalis a. non erit a. primus: quod est contra hypothese. Si autem equalis erit unusquisque numerorum. g. f. e. aliquis ex. a. b. c. d. per primis quo



LIBER

tens oportet assumptam. Non est igit̄ e. diversus ab eis: qd̄ est etiā cōtra hypothē, itaqz constat ver̄ esse qd̄ proponit. **Propositio 4.**

Si ppositus fuerit numer⁹ minus quē numerat primi assignati nō numerabit eū aliquid numerus primus preter illos assignatos.


CSit. a. minimus numerus numeral⁹ & numeris primis qui sūt. b.
c. d. vico & aliis primis p̄ter eos nō numerabit. a. Sīn autem sit. e
primus numerās cū fm. f. q̄ ergo quilibet numeroꝝ. b. c. d. numerat. a. pdictū ex
e. in. f. ē autē quilibet eorum primus sequitur ex. 33. septimiū; vt quilibet eoz nume/
ret. e. yd. f. sed. e. nullus numerat cū sit primus: quilibet ergo eoz numerat. f. Com
itaq; sit. f. minor. a. Vt pote qui numerat eū fm. e. nō erit. a. minimus numeratus
ab illis qđ est inconveniens.

Si quolibet numeri continuae proportionales sunt sua proportionem fuerint minimi: quicunque aliquene illorum numerat alteri terminorum illius proportionis erit comensurabilis. Sint. a.b.c.d.e. continuae proportionales et minimi sunt proportiones f.ad.g. qui sunt in sua proportione minimi: et ponatur b. numerare. e. dico quod b. est comensurabilis f. vel g. sumant enim in eadem proportione quatuor minimi qui sunt k.l.m.n. constat autem ex secunda octaua quod ex f. in m. fit. c. alioquin contineretur esse minus minimo quod esse non potest. itaque per correlatum. 33. septimi erit. b. comensurabilis f. vel m. quod si f. constat propositum: si autem m. sumantur in eadem proportione tres minimi qui sunt p. q. r. eritque ex secunda octaua ut m. fiat ex f. in r. ne minus minimo aliqd esse cogatur concedere: quod per predictum correlatum b. est comensurabilis f. vel r. sed non erat. f. sic enim constabat propositum: comensurabilis igitur est r. qui cum ex secunda octaua fiat ex g. in se sequitur ex dicto correlato ut b. sit comensurabilis g. quod est propositum.



Ifuerint numeri quolibet continuae proportionales i sua proportione minimi quilibet eorum ad compositum ex reliquis primis esse necessario comprobatur.

Sicut primis est necessaria compendium. **C**ontra. **S**int. a. b. c. d. continue proportionales et minimi. dico compositum ex. a. b. c. primo esse ad. d. Si enim non numerabit aliquis numerus qui sit. e. compositum ex. a. b. c. et. d. per permisam igitur erit. e. continens alteri terminorum illius proportionis qui sunt. f. et. g. erit itaque numerus aliquis numeras. c. et alterum duorum. f. g. qui sit. h. quia ergo. h. numerat. e. numerabit. d. et compositum ex. a. b. c. et quia numerat. f. vel. g. quorum uterque numerat utrumque mediorum et simpliciter oes si ples duobus sint: ex secunda octaua sequitur ut ipse numeret. b. et. c. ergo et. a. quod numerat totum a. b. c. non sunt igitur. a. et. d. sed primo est inconveniens p. 3. octaua: sicut quoque constabit propositum ex. a. b. d. primo esse ad. c. si enim ut prius. c. numerat aboas sequitur per permisam est aliquis numerus qui etiam sit. h. numeret. e. et alterum duorum. f. g. itaque. b. numerat c. et totum. a. b. d. sed et. b. cum virga radicem numeret omnes medios: igitur et compositum ex. a. et. d. et quod necessario numerat alterum duorum. a. d. cum numeret alterum duorum. f. g. numerabit et reliquum. Non sicut igitur. a. et. d. contra se primi: et ita idem ut prius. **C**ontra. **D**emonstratur quod idem aliter de tribus continue proportionibus et minimis sine auxiliu permissam habet enim ex quibusque duobus compositum primo esse ad reliquum. sicut itaque. 3. continue proportionales et minimi. a. b. c. quoniam termini. d. et. c. dico tunc compositum ex. a. et. b. primo

dīe ad.c. et cōpositū ex.b. et.c. ad.a. itēqz ex.a. et.c. ad.b. manifestū enim est ex se/ cumda octauī qd ex.d.in se fit.a. et in.e.fit.b. et ex.e. in se. c. et ex.22.septimi.qd.d. et.e.sūt cōtra se primi: itaqz ex pma pte.29.eiusdē erit tor².d.c.pm² ad vtrūqz eoz qd igit̄ vterqz duoz numeroz.d. et.d.e.prim² ē ad.e.erit p.25.eiusdē qui ex.d.in.d.e.pducitur et ipse ē cōpositus ex.a. et.b.pmus ad.e.sequif ergo p.26.ciusdē nt etiā cōpositus ex.a. et.b.fit pm² ad.c.fit eni.c.ex.e.i se. Simili quoqz demonstratōe p/babis cōpositū ex.b. et.c.pmu esse ad.a. At vero cōpositū ex.a. et.c.pmu esse ad.b: sic baberetur sit eni vtrcrqz duoz.d. et.e.pmus ad totum.d.e.erit p.25.septimi qui ex.d.in.e.pducif: et ipse est.b.pmus ad.d.e.itaqz p.26.eiusdē qui ex.d.c.in se p/ uenit: et ipse est qui cōponit ex.a. et.c. et duplo.b.pmus erit ad.b.sequif ergo com positiū ex.a. et.c.pmu esse ad.b.necesse eni ē ut ex duobus cōpositus cū primus fuit ad vnu eoꝝ ex quib² componif:su primus ad reliquū: demonstratum aut̄ ē hoc supia.29.septimi. Oportet aut̄ stabilire ad robur istius demonstratiōis cōpositū ex.a. et.b.pducit ex.d.in cōpositū ex.d. et.e.supposito qd ex.d.in se fit.a. et ex eodes in.e.b.itēqz qd ex.d.e.i se pducat cōpositū ex.a. et.c. et duplo.b.supposito eo quod prius et qd ex.e.in se fit.c.buīus itaqz ḡa pponim² hoc demonstrāde.



Cqd fit ex ductu vni² numeri i quolibet tantū ē: quantū qd ex ductu eiusdē i cōpositū ex illis. **C**Idē pponit pma sc̄i de lineis. Sit eni ut ex.a.i.b et in.c. et in.d. pueniant.e. et.f. et.g. dico qd ex.a.in cōpositū ex.b. et.c. et.d. puenit cōpositū ex.e. et.f. et.g. sequif eni ex cōuersione diffinitionis eius qd multiplicat ut tota pars sit.b.e. et tota.c.f. sed et.d.tota.g. quota ē vnitas.a. per quintā itaqz se/ primi:tota quoqz ps erit cōpositus ex.b. et.c. et.d.compositi ex.e. et.f. et.g. quota est vnitas.a. ergo per diffinitionē ex.a.in cōpositū ex.b. et.c. et.d.fit cōpositus ex.e. et.f. et.g.qd est propositus. **C**qd fit ex ductu quolibet numeroz in vnum eqnū ē ei qd fit ex cōposito eorū in cundē. **C** hoc ē cōuersū eius qd modo demonstratiū ē: vt si ex.b. et.c. et.d.in.a. flant.c. et.f. et.g. sit quoqz cōpositus ex cō posito i cundē: qd ex.17.septimi et pdemonstratio facile cōcludit. **C**qd fit ex du ctu quolibet numeroz in quolibet alios: eqnū est ei qd fit ex cōposito horum in cōpositū illoꝝ. **C** Ut si.a.b.c.multiplicet.d.e.f. quilibet quē/ liber:iungantqz pducta.dico aggregatū ex productis eisē equale pducto ex cōpo sito ex.a. et.b. et.c.in cōpositū ex.d. et.e. et.f. est eni p premissam qd fit ex cōposito ex.a.b.c.in.d. quātū qd ex singulis in illū.d.sic et in.c. et in.f.ex cōposito aut̄ homi a.b.c.in quēlibet illoꝝ.d.e.f.p ante pmissā fit quātū ex cōposito in cōpositū. itaqz constat ppositū. **C** Numero in quolibet ptes dñiso: tantū est qd fit ex toto eo in se:quantū qd ex eo in omnes snas ptes. **C** Idē pponit sc̄a se/ cundi de lineis. vt si.a.dividat in.b. et.c. et.d.dico qd tantum sit ex.a.in se quantū in oēs illos.b.c.d. posito eni.e.equali.a.constat ex prima barā incidentiū tm̄ fieri ex.e.in.a. quātū ex.a.in easdē. Manifestū ergo ē vnu esse qd dicif. **C** Numero in duo dñiso qd fit ex toto in alterum diuidentium:tm̄ est quantū qd ex eodem in se et in alterum. **C** Idem proponit tertia sc̄i de lineis. Sit eni.a diuisus in.b. et.c.dico tm̄ fieri ex.a.in.c. quātū ex.c.in se. et in.b. Nam qd ex.a.i.c. ē quātū qd ex.c.in.a.p.17.septimi.sumpto itaqz.d.equali.c.erit.a.in.c.quantum d.in.a. At per primā barū.d.in.a. ē quantū in.b. et.c.qz ergo.d.in.a. et i.b. et.c. ē quantum.c.in.a. et in.b. et in se propter equalitatem.c. et.d.constat propositum.



LIBER

$b \quad c \quad d$

$a \quad c \quad d \quad b$

$a \quad b \quad c$

$a \quad c \quad b \quad d$

C Numero in duo divisio qd ex ductu totius in se: est quantum qd ex ductu utriusqz diuidentium in se et alteris eorum bis in alterum.

C Idem proponit quarta scđi de lincis vt si a. diuidatur in .b. et .c. dico tm fieri ex a in se. quantu ex .b. in se. et .c. i se et ex .b. bis in .c. est eni per quartam barum qd ex a. in se quantum qd ex eo in .b. et in .c. ex eo autem in .b. per premissa est quantum ex .b. in se. et in .c. at ex a. in .c. per eandem est quantum ex .c. in se. et in .b. et qd ex .c. in .b. tam est quantum ex .b. in .c. per .17. septimi. liquet verum esse quod proponitur.

C Numero per duo equalia duoqz inequalia diviso quod fit ex majori in equalium in minorem cum quadrato intermedij equum est quadrato medietatis totius.

C Idem proponit de lineis quinta secundi: vt si a. b. diuidatur in duos numeros egales qui sint .a. c. et .c. b. itemqz in duos inequaes quoqz sit maior .a. d. et minor .d. b. dico qd illud qd fit ex toto .a. d. in .d. b. cu quadrato .c. d. equale est qdrato .c. b per premissam enim quadratū .c. b. est egaule quadrato .c. d. et quadrato .d. b. et ei qd fit ex .b. d. in .c. d. bis: sed ex .b. d. ille et i. c. d. tm fit quantu i. c. b. p pma hax: et lo quantu i. a. c. itaqz ex .b. d. in se et in .c. d. bis quantu ex ipso .b. d. i. a. d. p eadē igitur quadratū .c. b. supat id qd fit ex .b. d. in .a. d. in qdrato .c. d. constat ergo propositum.

C Cum fuerit numerus in duo equalia divisius eiqz alias numerus adiu/ctus: qd fit ex ductu totius compositi in adiunctum cum quadrato me/ dieratis equum est quadrato compositi ex dimidio et adiuncto.

C Idem proponit sexta secundi de lincis: Sit eni .a. b. diuisus in duos egales nu/meros qui sint .a. c. et .c. b. addaturqz ei numerus .b. d. dico illud qd fit ex toto .a. d in .d. b. c. cu quadrato .b. esse egaule quadrato .c. d. est enim ex sexta baru quadratū .c. d. egaule quadrato .d. b. et qdrato .b. c. et ei qd fit ex .d. b. in .b. c. bis: sū per pri mā hax ex .b. d. in se et in .b. c. bis est quantu ex .b. d. in .d. a. Sūt eni .a. c. et .c. b. eq/les, itaqz qdratū .c. d. supat id qd fit ex .b. d. in .d. a. in qdrato .c. b: qd ē ppositum.

C Cum numerus in duo dividit qd fit ex toto in se cu eo qd ex altero diuidetiū in se: ē equu ei qd ex toto in eundē bis cu eo qd ex altero i se.


C Idem proponit septima scđi de lineis: Sit eni numerus .a. diuisus in .b. et .d. di co quadratū .a. cu quadrato .d. tm esse quantum qd fit ex .a. in .d. bis cum quadrato .b. constat quidē ex sexta hax qd quadratum .a. tantū ē quantu quadratū .d. et qua dratum .b. et qd fit ex .d. in .b. bis: itaqz quadratum .a. cum quadrato .d. tm ē quan tum qd ex .d. bis in se et bis in .b. cum quadrato .b. sed ex .d. bis in se et bis in .b. fit quantum ex .d. bis in .a. per priam barum: ergo quod fit ex .d. bis i. a. cu quadrato .b. est quantum quadratum .a. cum quadrato .d. quare patet propositum.

C Cum fuerit numerus in duo divisius eiqz equalis vni diuidentium additus: quadratum totius compositi equum est quadruplo eius qd fit ex priori in additum cum quadrato alterius.

C Idem proponit octava scđi de lineis: Sit numerus .a. b. diuisus in .a. c. et .c. b. cui addatur .b. d. qui ponatur equalis .c. b. dico quadratum .a. d. tantum esse quā tum est id quod fit ex .a. b. in .b. d. quater cum quadrato .a. c. est nangz per sextam hax quadratum .a. d. equum quadrato .a. b. et quadrato .b. d. et ei qd fit ex .a. b. in .b. d. bis: et quis quadratum .b. d. est egaule quadrato .c. b. est quadratū .a. d. equa le quadrato .a. b. et quadrato .c. b. et ei qd fit ex .a. b. in .b. d. bis: per premissam autē est quadratum .a. b. cum quadrato .c. b. quantum quadratum .a. c. cu eo quod fit

ex. a. b. in. b. c. bis: itaqz quadratum. a. d. tantū ē quātū qđ ex. a. b. in. b. d. bis et ex
a. b. in. b. c. bis cū quadrato. a. c. et qđ ex. a. b. in. b. c. tm̄ sit quantū in. b. d. constat
verē quod ppositum est. **C**um fuerit numerus in duo equalia dno/
qz unequalia diuisus: quadrata amboz inequalium pariter accepta
duplum sunt quadrato medietatis et quadrato eius quo maior portio
excedit minorē pariter acceptis. **I**dem proponit nona sc̄i de lincis
Sit enim a. b. diuisus p̄ duos equales qui sint. a. c. et c. b. et p̄ duos unequales qui
sint. a. d. et d. b. dico qđ quadrata duoz numeroz. a. d. et d. b. pariter accepta sunt
duplū duobus quadratis duoz numeroz. a. c. et c. d. pariter acceptis. Est enī per
sextam bas̄ quadratum. a. d. quantū quadrati. a. c. et quadrati. c. d. et duplū eius
qđ sit ex. a. c. in. c. d. qđ aut. a. c. ē equalis. c. b. erit quadrati. a. d. quantū quadrati
b. c. et quadrati. c. d. et duplū eius qđ sit ex. b. c. in. c. d. itaqz quadrati. a. d. cū qua
drato. b. d. sunt quātū quadrati. b. c. et quadrati. c. d. et duplū eius qđ sit ex. b. c. in
c. d. et quadrati. b. d. duplū aut̄ eius qđ sit ex. b. c. in. c. d. cū quadrato. b. d. ē equa
le quadrato. b. c. et quadrato. c. d. p. 9. bas̄ ergo quadrata duoz numeroz. a. d. et
d. b. sunt quātū quadrata duoz numeroz. b. c. et c. d. duplicate; et quia. b. . c. a
sunt coiales: p̄ ppositū. **C**um fuerit numerus in duo equa diuisus
aliusqz adiunctus: quadratum totius cōpositi cum quadrato adiuncti
duplum sunt ad quadratum medietatis ipsius cum quadrato compo
siti ex medietate et adiuncto. **I**dem proponit. 10. sc̄i de lincis. Sit enī nu
merus. a. b. diuisus in duos equales. a. c. et c. b. sitqz sibi adiunctus numerus. b. d.
dico quadrati. a. d. cū quadrato. b. d. duplū ē ad quadrati. a. c. cū quadrato. c. d.
cū sit enī numerus. c. d. in duo diuisus sibiqz sit. a. c. equalis vni diuidentū addit⁹
erit per. 10. bas̄ quadrati. a. d. quantū qđ sit ex. c. d. in. c. a. quater cū quadrato. b.
d. qđ vero. a. c. ē equalis. c. b. erit quadrati. a. d. quātū qđ sit ex. d. c. i. c. b. quater cū q
drato. b. d. itaqz quadrati. a. d. cū quadrato. d. b. erit quantū qđ sit ex. d. c. in. c. b
quater cū duplo quadrati. b. d. hoc aut̄ p. 19. bas̄ duplū ē ad qđrati. c. d. cū qđra
to. c. b. cū igit̄ sit qđrati. c. b. equale quadrato. a. c. cōstat ppositum. **C**um
merum aliquem ita diuidere ut qđ ex toto et vna eius portione cōtine
tur equum sit quadrato alterius est impossibile. **Qđ. 11. secundi pro
ponit faciendum in lincis. demonstrat hoc impossibile else in numeris.** Sit enim
quislibet numerus. a. b. dico impossibile else ipsū sic diuidi ut proponitur: sic enī di
uidere ē in proportionē hab̄ n̄tem medium et duo extrema: ut patet ex diffinitiōe
1. 20. septimi. Si autem potest diuidatur in. c. sitqz. a. b. ad. b. c. sicut. b. c. ad. c. a.
erit itaqz. a. c. minor. c. b. detractatur igit̄ ab eo equalis sibi qui sit. c. d. qđ igit̄
est proportio totius. a. b. ad. totum. b. c. sicut. b. c. detracti ab. a. b. ad. c. d. detra
ctum ab. b. c. erit eadem. a. c. residui. a. b. ad. b. d. residuum. b. c. quare. b. c. ad. c.
d. sicut. c. d. ad. d. b. erit. igit̄. c. d. maior. d. b. detracto itaqz. d. c. de. c. d. ut sit. d.
c. eq̄lis. d. b. erit etiā p̄portio. b. c. ad. c. d. sic. c. d. ad. d. c. qđ sic. d. b. residui. c. b.
ad. c. c. residui. c. d. p̄t igit̄. c. c. detracti ab. c. d. nō erit itaqz finis isti⁹ detractiōis
S qđ ē impossibile. Nūc ad ppositū reuertamur. **Propositio .17.**
Si fuerint duo numeri p̄tra se primi quātus ē primus eoz
ad sc̄m: tantū esse sc̄m ad tertium quēqz impossibile est.
Csint. a. et. b. contra se primi: dico impossibile else aliquē cis in con
tinua p̄portionalitate adiungi. Si enī p̄t sit. c. qđ igit̄. a. ad. b. sicut

LIBER



b.ad.c.sunt sūt.a.e.b.in sua proportione minimi per.23.septimi: sequitur p.21. eiusdem ut.a.numeret.b. qui cum etiāz numeret se: non erunt.a.e.b.contra se pri mi: quod est contrarium ponit.

Propositio .18.

Si quotlibet numeroz cōtinue pportionalium duo extre ma fuerint cōtra se primi quant⁹ est primus ad scdm tantū esse vltimum ad aliquem alium est impossibile.

Csint.a.b.c.cōtinue proportionales. sintqz.a.e.c.contra se primi dico q̄ in eadē proportione non potest eis adiūgi alias. si enī potest sit.d. quia igitur ē.a.ad.b.sicut.c.ad.d. sit permutati.a.ad.c.sicut.b.ad.d. sunt autē.a.e.c.in sua proportione minimi per.23.septimi itaqz p.21.eiusdem.a. numerat.b. quare etiam numerat.c. numeroz enim cōtinue proportionalium: si prim⁹ numerat scdm: ipse numerat omnes & simpliciter quilibet precedens quilibet sequē tem. at q̄ etiam numerat se: non erunt.a.e.c.contra se primi: qđ est inconveniens.

Propositio .19.

Propositis duobus numeris an sit eis tertius cōtinue proportionalis perscrutari.

Csint.a.e.b. duo numeri propositi: volo inquirere an eis possit ter tius sub continua proportionalitate adiūgi. igitur si ipsi sunt cōtra se primi impossibile est per.17. si vero cōpositi vocatur.b. i se. e pro veniat. c. quē si.a. numerat erit. si vero nō numerat non erit. Numeret enim eū sūm d. qui erit. quē querimus per.2. partem.20. septimi. sit ergo ut nō numeret enim est tamen ut.a.ad.b.sicut.b.ad.d. itaqz q̄ ex.b. in se fit. c. sequitur per primā par tem.20. septimi. ut ex.a. in.d. sit idē. igit̄. a. numerat. c. sūm. d. sed erat positi q̄ nō quare sequit̄ impossibile.

Propositio .20.

Atis tribus numeris cōtinue proportionalibus an sit ali quis quartus eis cōtinue proportionalis inquirere.

Csint cōtinue proportionales.a.b.c. volo inquirere an aliis eis sub continua pportionalitate possit adiūgi. igitur si.a.e.c.sunt pma se primi impossibile est per.18. si aut̄ cōpositus. sit. d. qui prouenit ex b. in. c. quē si numerat. a. erit. si vero nō numerat nō erit. numeret enim eū sūm. e. qui erit. quē querimus: per scdm partem.20. septimi. sit ergo ut nō numeret enim est tamen ut.a.ad.b.sicut.c.ad.e. itaqz q̄ ex.b. in. c. fit. d. sequitur per primā ptem.20. septimi. ut ex.a. in. e. sit idem. ergo. a. numerat. d. sūm. e. sed positi erat q̄ non: Idē potes perscrutari quotlibet cōtinue proportionalibus propositis. si enim duo extremi sunt cōtra se primi sūm habet intentio per.18. si autem compositi: ducto scdm in vltimū si productum numeret primū: is scdm quē eū numerat est quē que ritus per scdm pte.20.sep. si aut̄ prim⁹ pductū nō numerat null⁹ erit: quotlibet enī posito p primā pte dūsdē sūm ipsi positi. numerabit prim⁹ pductū: qđ positi erat nō numerare.

Propositio .21.

Atis quotlibet numeris primū aliquē primū ab eis di uersum esse necesse est.

Clibil aliud intendit nisi q̄ numeri primi sint infiniti demonstrare Sint enī. a.b.c. numeri primi. dico. esse aliquē primū diversū ab eis sit quidē. d.f. minimus quē numerat cui addita unitate fiat. d.g. qui

est primus aut compositus. si primus constat ppositum. si compositus numerat eū aliquis primus qui sit. b. quē non est possibile esse aliquē ex primis ppositis. si enī esset aliquis ex cō quilibet ipsoꝝ numeraret. d. f. ipse quoꝝ numeraret cūndicat q̄ numerat. d. g. oporteret ipsū numerare. f. g. qui est unitas q̄ est impossibile. Idē sequitur posito. d. f. quolibet numero q̄e numerant. a. b. c. q̄re pstat ppositū

Propositio .22.

Si coaceruentur quotlibet numeri pares: totus quoꝝ ab eis coaceruatis erit par.

C Sit quisq; numeroy. a. b. c. par: dico ex eis cōpositū ēē parem. habet enī ex cōversione diffinitionis quisq; eoꝝ medietatē. sīnt ergo eōrum medietates. d. e. f. q̄r igitur sicut. a. ad. d. sic. b. ad. e. z. c. ad. f. erit ex. 13. septimi sicut. a. ad. d. itaq; tot⁹. a. b. c. ad totum. d. e. f. itaq; d. e. f. est medietas. a. b. c. ergo per diffinitionem. a. b. c. est par: quod est propositum.

Propositio .23.

Si numeri impares numero pares coaceruentur: totus quoꝝ ex eis coaceruatis erit par.

C Sit quilibet numeroy. a. b. c. d. impar: dico ex eis cōpositum esse parem: dempta enim a quolibet unitate cōstat residuoꝝ esse parē: et q̄ ille unitates dempte cōponūt parē. cū sīnt numero pares: cōstat propositum per pmissam.

Propositio .24.

Si numeri impares numero impares coaceruentur: totus quoꝝ ex eis coaceruatum imparem esse.

C Sit quilibet numeroy. a. b. c. impar: dico tonū ex eis cōpositū esse imparem. erit enī per pmissam cōpositus ex. a. z. b. par: et q̄. c. dempta unitate est par erit per ante pmissā totus. a. b. c. dempta unitate par: per diffinitionem itaq; cōstat totum esse imparem.

Propositio .25.

Si a numero y. numerus par detrabatur reliquias erit par

C Sit totus. a. par a quo detrabatur. b. q̄i quoꝝ sit par: et residuū sit c. dico. c. esse parē. sit enī. d. medietas. a. e. quoꝝ sit medietas. b. de/tractoꝝ. e. de. d. sit reliquias. f. erit q̄. 13. septimi. c. ad. f. sicut. a. ad. d. quare. f. ē medietas. itaq; c. est par: qd̄ est propositum.

Propositio .26.

Si a numero impari detrabatur impar reliquias erit par.





C Sit. a. b. numeri impar a quo detrabatur. b. c. qui etiā sit impar: dico reliquium qui est. a. c. esse parē: detrabatur enī ab veroꝝ duorum numeroꝝ. a. b. z. b. c. unitas q̄ sit. b. d. eritq; veroꝝ duoz̄ residuoꝝ q̄ sūt. a. d. z. d. c. par. p̄ pmissā itaq; cōstat. a. c. ēē parē: qd̄ ē ppositū.


Propositio .27.

Si a numero impari numerū parē subtrahas qui relinquitur impar est.

C Sit. a. b. impar: a quo detrabatur. a. c. qui sit par: dico. c. b. residuū ēē imparē. sit enī. b. d. unitas: eritq; a. d. par: et q̄. a. c. ē par erit p. 25. c. d. par cū itaq; sit. d. b. unitas erit. c. b. impar: qd̄ est propositum.

Propositio .28.





I de numero pari imparē tollas qui relinquitū impar est.
C sit. a.b.par a quo tollat. a.c qui sit impar: dico. c.b. residuū esse
imparē: subtrahatur enim ab.a.c. vñitas que sit. c.d. eritq; a. d.par,
itaq; per. 25. d.b. quoq; erit par. q; igit. d.c. est vñitas sequit. c.b. esse
imparē: q; ē ppositū. **Propositio .29.**



I numerus impar in numerū parem ducatur qui inde produ/
cetur erit par.

C Ex. 23. manifestum est quod dicitur.



In imparem ducatur impar qui producetur erit impar.
C hec quoq; ex. 24. manifesta est.



I numer⁹ impar numerum parem numeret: numero pari
eum numerabit.

C Si eni numero ipari eū numeraret ex ipari i. imparē fieret par: q;
ē inconuenies p. pmissā. **Propositio .32.**



Impar imparē numeret impariter eum numerat.

C Si eni pariter cū numeraret ex numero impari i. numer⁹ parē fieret im
par q; ē inconuenies p. 29. **Propositio .33.**



Inumerus impar numerum parem metiatetur eiusdē quo/
q; dimidium ipsum metiri necesse est.

C Sit. a. numer⁹ par cuius dimidiū. b. sitq; c. numer⁹ impar qui nu/
meret. a. dico q;. c. numerabit. b. numeret eni. a. b. m. d. eritq; p. 31. d.
numerus par. Esto igit eius dimidiū. e. ducaturq; c. in. e. et pueniat
f. eritq; p. 18. Isp. a. ad. f. sicut. d. ad. c. et q; etiā est. a. ad. b. sicut. d. ad. e. sequit. b. et
f. esse equales. cū itaq; c. numeret. f. idc numerabit. b. quod est ppositū.

Propositio .34.



Inumerus unpar ad altūq; erit primus: idem ad eiusdē
duplum erit primus.

C Sit. a. numerus impar primus ad. b. cuius duplū sit. c. dico q;. a:
ē primus ad. c. Sin autem numeret eos. d. cōiq; a. sit impar sequit. d.
esse imparē: quicq; eni ipare numerat impar est p. pmissam. itaq;
d. numerabit. b. non sunt igitur. a. et. b. contra se primi: qd est contra hypothēsi.

Propositio .35.



Numeri a duobus dupli sunt pariter pares tantum:

C Sint vñitas. a. b. c. d. cōmme pportiales. sitq; a. binarius: dico
oēs eos ēē pariter pares cīsq; fm. banc pportionē in infinitū auctis
nullū aliū ēē parē parē: de his quidē constat p. diffinitionē cū p. 12.
quilibet pcedens numeret quēlibet sequētē p. a. i. quē eoꝝ. quos omnes
oportet esse pares: et nullus aliū numeret aliquē eoꝝ per. 13. eo q;. a. qui ē binari⁹
vñitatē sequēs ē prim⁹. Qd aut null⁹ ali⁹ ab his sit pariter par p̄stet: sic posito enī
aliquo diuidas i. duas medietates cīsq; medietas i. duas: et hoc totiē fiat quoniam
q; numer⁹ aut vñitas divisionē ipcdiat qd necesse ē evenire p. vñitā petitionē. si
vero numer⁹ hāc phibeat ipse erit ipar q; cū numeret piter parē positū nō erat p̄t
par q; posit⁹ ē piter par. si aut vñitas nō erit. 15. ali⁹ a cōtinue duplis ab vñitate.

Propositio .36.

Numerus cuius medietas est impar est pariter impar.

CSi sit a numerus cuius medietas que sit b. si impar dico. a. esse pariter impar. si eni. c. binari manifestū itaqz qm̄ ex. c. in. b. sit. a. sit aut. d. quilibet numerus par numerās. a. qui numeret eū scdm. e eritqz p scdm pte. 20. septimi. e. ad. b. sicut. c. ad. d. igif. e. numerat b. nā qz. c. numerat. d. erit itaqz. e. numeris impar. erat eni z. b. p distinctionē igif a. est pariter impar.

Propositio .37.

Minus numerus a duobus nō duplus cuius medietas est par est pariter par et impariter.

CSi numer⁹. a. nō duplus a duobus cuius medietas que sit b. ponatur par. dico ipsū esse pariter parē et ipariter. si eni. c. binarius de quo manifestū ē p ipse numerat. a. fm. b. qz vero. a. nō est duplus et duobus: necesse ē si eius medietas que ē. b. in alias duas medietates dividat: mea dietatisqz medietas in alias duas ut tandem occurrat numerus impediē divisionē qui ppter hoc qz divisionē nō recipit erit impar. sitqz is in quo silit divisio. d. in numero qz ppe necesse ē stari qz sylfqz ad vnitatem pueniret divisio ēēt. a. de numeris duplis a binario de quibus nō ē: de. d. vero manifestū ē p ipse numerat. a. p hanc cōem sciam: ois numerus numerās aliū numerat omnē numeratū ab illo. Numeret ergo eū fm. c. eritqz. e. par. Alioquin. cū. d. sit maior impar sequeret p. 30. a. ēēt imparē: qz igif. b. numerus par numerat. a. fm. c. qui quoqz ē par est eni binarios At vero. e. numer⁹ par numerat eadē fm. d. qz ē impar. pstat ex distinctionē numer⁹ a. ēēt ppter parē et imparē: qd ē ppositū.

Propositio .38.



In de scdm arqz vltimo numeroz cōtinue pportionalium equale primū dematur quantū ē reliqui; scdm ad primum tm ēēt reliqui vltimi ad coaceruatum ex cūctis precedentibus necessario comprobatur.


Csint ptnue pportionales. a. b. c. d. e. f. g. h. vnamqz. de. c. d. eq/ lls. a. b. qui sit. c. k. et de. g. b. qui sit. g. l. vco tūc qz pporatio. k. d. ad. a. b. ē sicut. l. b. ad cōpositū ex. e. f. c. d. z. a. b. sumat ex. g. b. equalis. e. f. qui sit. g. m. et eqlis. c. d. qz sit. g. a. eritqz. l. n. eqlis. k. d. manifestū aut ē p. 12. sep. qz cū sit. g. b. ad. g. m. sicut. g. n. ad. g. n. erit. b. m. residuū ad. m. n. residuū sint. g. b. ad. g. m. ideoqz sicut. e. f. ad. c. d. silt quoqz mō erit. m. n. ad. l. n. sicut. c. d. ad. a. b. pmutatim igif erit. b. m. ad. e. f. et. m. n. ad. c. d. sicut. n. l. ad. a. b. itaqz cōiuncti p. 13. sep. erit. l. b. cōpositus ex. b. m. m. n. z. l. n. ad cōpositū ex. e. f. c. d. z. a. b. sicut. l. n. ad. a. b. ideoqz sicut. k. d. ad. a. b. qd est propositum.

Propositio .39.

Am coaptati fuerint numeri ab vnitate cōtinue dupli qui cōiuncti faciat numerū primū extremus eoz in aggregatum ex eis ductus producit numerū perfectum.

Csint ab vnitate ptnue dupli. a. b. c. d. ex eis aut et vnitate coacervatus sit. e. qui ponat ēēt numer⁹ ptnm in quē. c. multiplicet. d. et ptnue. f. g. vco. f. g. ēēt numer⁹ pfectū. Sumat igif. b. k. l. ptnue dupli ad. e. ut tot sint. c. b. k. l. quod sint cōtinue dupli ad vnitatem sumpti. eritqz p equā pportionalitatē. l. ad. e. sicut. d. ad. a. quare p ptnm pte. 20. sep. ex. a. in. l. puenit. f. g. Nā ipse f. g. puenit ex. d. in. e. et qz. a. ē binari⁹ ē. f. g. duplus ad. l. sicut igif. c. b. k. l. z. f. g.








cōtinue pportionales: demād iſgū ex. b. equalis. c. qui fit .m. b. t. residuo. b. n. q
Anguli solidi quantitas ex angelorum superficialium ipsius solidi continentium quantitate determinantur: bac ergo. 21. propositione altera per ipsum quoque quoslibet superficiales angulos solidi quilibet communis pariter acceptos quatuor rectis angelis esse minores. Sit eni triangula piramus a. b. c. d. cum supremus angulus cum possit esse quilibet suorum angelorum bicum sit. a. de quo dico quod tres superficiales anguli ipsius a. continentur sint minores quatuor rectis. Constat eni ex. 32. primi. 9. angelos trium rectangularium hanc pyramidem circumstantium et ipsi sunt. a. b. c. a. c. d. a. d. b. esse equales sex angelis rectis: de tribus autem angelis basis ei que est triangulus. b. c. d. constat quoque per eandem quod ipsi sunt equalis duobus rectis. cum igitur sex anguli trium triangulorum predictorum hanc nostram pyramidem de cuius supremo angulo disputationem circundantur: qui inquit sex anguli cum tribus angelis basis reliquos tres angelos solidos pyramidis continentur: sint ex premissa ter assumpta maiores tribus angelis basis: sequitur ipsis sex angelos esse maiores duobus rectis: ex nouem igitur angelis trium triangulorum pyramidem circumstantium bis sex angelis demptis erunt ex communis scia reliqui tres et ipsi sunt qui constituant solidum angulum. a. minores. 4. rectis. Si autem angulus. a. supradictus in assumppta pyramidide plus tribus angelis superficialibus quam tribus praelineatis quod erit in multisitudine angelorum sue basis: cum igitur omnes angelii omni triangulo ipsa pyramidide circumstanti ppter accepti sint ex. 32. primi tot rectis angelis equalis quam est numerus angelorum sue basis duplicatus: eo quod tot necessitate est esse triangulos pyramidem circumstantes quot fuerit angelii sue basis. Lungs omnes angelii sue basis sint tot rectis angelis equalis quam est numerus angelorum suorum duplicatus: demptis inde. 4. ut in. 32. primi demonstratum est. Lungs igitur omnes an-



guli triangulorum piramidem circundariū qui sup latera basis ipsi⁹ piramidis cōsistunt pariter accepti sint maiores omnibus angulis basis p̄iter acceptis ut evideat et cōstat ex premisā toties quot angulos basis habuerit repetita. adhuc necessario se quitur ex cōi scia superficiales angulos solidū angulū. a. continentēs p̄iter acceptos esse minores quatuor rectis: eo inquit minores quo oēs anguli trigonoz piramidem circundantium qui sup latera basis statute piramidis cōstant excedunt oēs angulos basis pariter acceptos.

Propositio .22.




Si tres anguli superficiales quoꝝ quinqꝫ duo pariter accepti tertio sint maiores cunctis libi iniucem equis lincis cōtineantur de tribus basib⁹ angulos illos ab ipsaz linearꝫ equalium terminis subtendēbus triangulum subſili cui vel cōstutui possile est:

Sunt tres superficiales anguli b.a.c.e.d.f.b.g.k. ut pponit: tales videlicet ut qui qz duo eoz tertio sint maiores. sintqz sex latera eos cōtinētia equalia que sunt a.b.a.c.d.e.d.f.g.b.g.k. et subtēdāt̄ cōs tres bases que sunt. b.c.e.f.b.k. Ex his ergo tribus basib⁹ triangulū aīo cōstitui posse. Esto enī angulus b.a.l. equalis angulo d. et linea a.l.lince. d.e. et protractab⁹. l.b.l.c. eritqz ex. 4. prīmi linea l.b. equalis linea e.f. ex ypothesi vero p̄stat totalem angulū. a. esse maiorem angulo g. erant enī quiqz duo ex tribus angulis. b.a.c.d. et g. tertio maiores igū ex. 24 prīmi linea l.c. linea b.k. ē maiori. cunqz sunt ex. 20. prīmi due linea. l.b. et b.c. maiores linea. l.c. sequitur duas linea. l.b. et b.c. esse multo fortius maiores linea b.k. quia igitur l.b. ēt equalis. c.f. erunt due linea. b.c. et c.f. maiores linea b.k. Constat itaqz hoc modo quasqz duas linea ex tribus lincis. b.c.e.f. b.k. ēt longiores tertia: igit ex. 22. prīmi constat verum ēt qd dicitur: hoc dūtaxat addito qf si duo anguli. b. e. c. et d. pariter accepti sint equalēs duobus rectis erunt due linea l.a. et a.c. ex. 14. prīmi linea unaque cum sit equalis ex ypothesi duabus linea. g. b. e. g. k. que ex. 20. prīmi longiores sunt linea. b.k. cunqz ex eadē linea due. l.b. et b.c. sint longiores linea. l.c. sequitur ut prius. b.c. et c.f. p̄iter acceptas ēt longiores b.k. At vero si duo predicti anguli sunt maiores duobus rectis: erunt ex. 21. prīmi due linea. a.l. et a.c. ideoqz et due. g.b. et g.k. breviores duab⁹ sūt. l.b. et b.c. quare ut prius. b.c. et c.f. pariter accepte sunt longiores linea. b.k.

Propositio .23.

Tribus angulis superficialibus propoſitis quoꝝ quinqꝫ duo p̄iter accepti tertio sint maiores omnes aut tres iūnū quātior rectis angulis minores: ex tribus illis equalib⁹ quātūcunqz sint solidū angulum cōstituere.



Sunt p̄positi tres anguli superficiales qui sunt. a.b.c. de tribus illis equalibus volumis vnu solidū angulū cōstituere oportet: igit ex. 21. b. et quicqz duo eoz pariter accepti tertio sint maiores et ex. 21. b. vnu ut omnes p̄iter accepti quatuor rectis angulis sint minores ex ipſis itaqz sint hec posita: latera vero eos cōtinētia cuncta adiuvicem sint equalia et eoz subtendantur tres bases et ipſe sint d.e.e.f. et f.d. eritqz ex premisā possibile de tribus lincis his basib⁹ equalib⁹ triangulum cōstitut. Sit igit ex. cōs̄titut⁹ fin doctrinā. 22. prīmi triangulus. d.e.f. cōstitutus: cui sicut docuit quinta quarti cōſcribat̄ circulus. d.e.f. supra cōtrā. g. et p̄trahat̄: g.d.g.e.g.f. que cū sint adiuvicē cōales ex dione cōrū latera.



tres ppositos angulos ambientia equalia ex hypothesi necesse est ut eaz quolibet quolibet illorum laterum sit minor equalis aut maiore esse est impossibile. Si enī linea exiens a centro. g. ad circūscritam circuli. d. e. f. esset equalis alicui latez. a. d. a. e. b. c. b. f. c. f. c. d. sequeretur propterea que posita sūt annuente. s. primi tres angulos. a. b. c. ppositas esse equales tribus angulis. d. g. e. e. g. f. f. g. d. cuqz hi tres sint equales quatuor rectis angulis ut facile p3 ex. 13. primi: protracta paulisper una linea exentiū a centro ad circūferentiam in continuum et directū: essent etiā tres anguli. a. b. c. equalis etiā quatuor rectis qd est cōtra posita. Qd si esset maior sū perpositis tribus triangulis quorum sunt anguli. a. b. c. trib⁹ triāgulis dividendi/ bns triangulum. d. e. f. vnoquoqz illi cū quo cōicat in basi itaqz bases supponant̄ basibus equalibus videlicet equalibus et anguli. a. b. c. cadant ad ptem poncti. g. sed quereret ex. 21. pmi tres angulos. a. b. c. esse maiores trib⁹ qui sūt. d. g. e. e. f. g. f. g. d. dēnt itaqz maiores qtuor rectis qd ē ampli⁹ p̄trariū positis. Klinquit itaqz vnu/ quodqz ex sex latribus tres ppositos angulos ambientibus minus esse linea egredi ente a centro. g. ad circūferentia. d. e. f. ideoqz etiā potentius. Sit igitur potentius i linea. g. b. que sit scdm. 12. b⁹ orthogonaliter erecta sup superficiē anguli vel circuli d. e. f. demittaturqz tres hypothemise. b. d. b. e. b. f. quas dico cōtinere angulos tres superficiales equales tribus propositis constituentes angulū solidum in puncto. b cū enī quadratū linee. a. d. sit equale duob⁹ quadratis duaqz lineaz. d. g. 2. g. b. ex hypothesi. Et quadratū linee. d. b. sit equale eiusdem ex penultima primi necesse est li/ nea. a. d. esse equalē linee. d. b. eodēqz modo et lineā. a. e. linee. c. h. igit ex. 8. pmi cū bases etiā sint equalē erit angulus. a. equalis angulo. d. b. e. sūt quoqz nō equalis. b. equalis angulo. e. b. f. et angulis. c. equalis angulo. f. b. d. quare cōstat factū ēē quod facere disponimus.

Propositio .24.

Si superficiebus equidistantibus solidum cōtineatur eius opposite superficies tibi inuicē equalē sunt et equidistantiū laterum. Quicquid dicant alij solidū equidistantibus superficie/ bus contentum superficiebus paribus necesse est cōtineri que sicutē nō possunt pauciores sex ita possunt esse in omni numero pari fe/ tuarum excedente. Constat enī columnā exagonā posse. 8. superficiebus que binē binē opposite sibi inuicē equidistant contineri: sic quoqz octogonā. 10. et decago/ nam. 12. et ad istaz similitudinē in infinitū. s3 boz omnī solidoz equidistantibus superficiebus contentoz que infinita esse pronuncio solū illud dicit parallelogra/ mū cuius omnes superficies ipsū ambientē paleologramē sunt et istud sex superficiebus dūtaxat necesse est ambiri: de tali itaqz qd sex i m superficiebus ambīt dico debere itēligi. P̄bec. 24. pponit: sic igit talē solidum corpus. a. b. cuius omnīa superficies fac vt solido habitu mente cōprehendas: patebitqz tibi vnaquaqz earū quatuor ex reliquis sectare cuius quatuor latera cum sint cōmunes sectiones ipsius secantis et quatuor sectaz. Sint autē ille quatuor secte binē et binē sūt qd adiuicē opponunt̄ equidistantes ex hypothesi: sequit ex. 16. bis assumpta ut quatuor latera binī superficie secantis et quatuor sectaz sint adiuicē binā et binā equidistantia. Lō sitat itaqz scdm. At vero ex. 34. primi manifestū ē oia latera opposita istaz sex sup/ fizē ēē equalia: erūt igit binā latera angulū planū cōtinēria cuiusqz eaz equalis binis lateribus angulū planū in superficie sibi oppolita continentib⁹. anguli quoqz ab illis binis et binis lateribus p̄tenti equales p. 10b⁹; igit ex p̄ueria penultime cōis



scie in primo libro posite necesse est quasq; duas superficies in solido.a.b. oppositas esse sibi inuicem euanles qd est propositu.

Propositio .25.



Si superficies quedam secet solidum parallelogramum equidistantem duabus iplius solidi in superficiebus oppositis duo partia lia corpora que ad illam secantem superficie velut ad cōmuni terminū copulantur suis basibus sunt proportionalia.

Sit corpus.a.b. solidum parallelogramum et secet ipsum superficies.c.d. equidistanter duabus eius oppositis superficiebus que sunt.a.e.z.f.b. et sit superficies g.b. basis ipsius solidi.a.b. de qua constat per premisā qd ipsa sit equidistantium laterū et sit cōm. sectio duarū superficiez.c.d. z.g.b. linea.b.d. de qua constat p. huius qd ipsa sit linea recta et p. 16. huic qd ipsa sit equidistans.g.e. ideoq; sunt due superficies.g.d. z.b.b. equidistantia laterū et ipse sunt bases duarū partialium corporū in que superficies.c.d. dividit solidum.a.b. dico itaq; qd pportio solidi.a:d. ad solidū.b.c. ē sicut basis.g.d. ad basim.b.b. protrahant enī virinq; quātū libuerit. quia duarū linee penetrantes superficie.c.d. sup eius angulos et ipse sunt.a.f. z.e.b. cū duabus reliquis sibi equidistantibus. Sumantq; ex eis omnib; portiones ex pte puncti.b. quot libuerit que ponant singule eāles linee.b.d. et ex parte puncti.e. alie sūt quot libuerit que ponant euanles linee.e.d. sup quas virinq; pstituāt solidū parallelograma scđm suarū longitudinē exigentia. Sintq; ex pte puncti.b. solidū f.k. z.l. m. et ex pte puncti. e. solidū. a.n. z.q. a. critq; ex dione corporū equaliū atq; sumiū vñūq; solidoz.f.k. z.l.m. equale solidū.e.b. et vñūq; a.n. z.p. q. ē equale a.d. fiat igit̄ argumētū cūcādmōdā i prima sexti ē enī solidū.c.m. ita multiplex solidū.b.c. sic basis.b.m. basis.b.b. et solidū.q.c. ita multiplex solidū.a.d. sic basis.q.b. basis.g.d. et si basis.b.m. ē equalis basis.q.b. solidū.c.m. est equalis solidū.q.c. ex dione corporū equaliū atq; similiū et si basis ē minor basis et solidū ē min⁹ solidū et si maior mai⁹ qd p̄ ex dione eadē resecata maiorū basi ad equalitatē minoris et descripto super eam solidū parallelogramo. itaq; ex dione icōtine pportionalitatis pportio solidi a.d. ad solidū.c.b. sicut basis.g.d. ad basim.b.b. qd est ppositu. Qd si superficies aliqua secet corpus seratile equidistanter duabus eius triangulibus superficiebus oppositis duo partialia corpora que ad illā secantē superficie velut ad cōm terminū copulantur suis basib; erūt proportionalia.

Sit enī a.f. corpus seratile cuius sint due trigone superficies.a.b.c.d.e.f. Lōstat igit̄ ex dione secratilis vñāquāq; triam superficiez que sunt.a.b.d.e.b.c.e.f.a.c.d.f. ē parallelogramū: secet igit̄ superficies.g.b.k. istud seratile equidistanter duabus eius oppositis superficiebus qd sunt a.b.c.d.e.f. dico qd pportio secratilis.a.k. ad seratile.g.f. ē sicut basis.a. k. ad basim.g.f. qd sicut de solidis parallelogramis p̄baꝝ p̄t actis enī in viraq; pte hincis.a.d.b.e.c.f. factisq; inter cas ex pte puncti.e. seratilibus equalibus seratili. g.f. et ex pte puncti.b. alijs equalibus seratili.a.k. virinq; quotis numero ex dione icōtine pportionalitatis. si cuncta vigili mente pluſtres nō crit tibi difficile cōcluere quod diximus.

Propositio .26.

Aper datum punctū date linee angulo solido proposito equalē angulū solidū constituere. **S**olidus angulus propositus fit. a. qui cōtineat tribus lineis.a.b.a.c.a.d. tres superficiales angulos ipsū solidū p̄ficiēt cōtinenib; cui sup punctū.e. linee.e.f. p̄positae que ad libitū p̄ponentia iaceant aut in sublimi cōsurgat iubemus.




equalē angulum solidū cōstituere qualisq; sit situs linee. e. f. a puncto. g. vbiq; volueris signato: pducito linea. g. e. eruntq; ex scđa b⁹ due linee. e. f. z. g. e. i. sup̄t/ie vna. in bac itaq; superficie super punctū. e. datū in assignata linea scđm p̄siliuz 2.3. primi cōstitue angulū equalē angulo. b. a. c. z ipse sit. f. e. g. dñe ex linea. a. d. abscede linea. a. b. sicut volueris z a puncto. b. producito perpendicularē. b. k. ad superficiē in qua sunt due linee. a. b. z. a. c. qđ qualiter faciendum sit. n. bu/s vocat: nec sit igitur tibi cura de punto. k. Nihil enī refert vtrz p̄pendicularis b. k. occurrat superficie in qua sunt due linee. a. b. z. a. c. inter ipsas lineas aut extra aut in eaꝝ altera ducito tñ linea. a. k. positoq; puncto. l. in linea. a. b. vbiq; vola/eris p̄trahē lineas. k. l. z. l. b. z pone angulū. f. e. m. in superficie lineaꝝ. e. f. z. e. g. equalē angulo. b. a. k. z linea. e. m. equalē linee. a. k. z ex linea. e. f. sume linea. e. p. equalē linee. a. l. z a puncto. m. educ linea. m. n. p̄pendicularē ad superficiē in qua sunt due linee. e. f. z. c. g. z potie ēā equalē. b. k. z protrahē lineas. e. n. n. p. z. p. m. dico igit̄ tres lineas. e. f. e. g. e. n. cōtinere angulū solidū in puncto. e. equalē angu/lo. a. proposito: cū sint enī ex p̄potbeli duo latera. a. k. z. k. b. trianguli. a. k. b. equa/lia duobus lateribus. e. m. z. m. n. trianguli. e. m. n. z anguli qui sunt ad. k. z ad. m. recti ex diffinitione linee p̄pendiculariter erecte supra superficiē erunt ex quarta p̄/mi due linee. a. b. z. e. n. equales: per candē quoq; erunt due linee. k. l. z. m. p. equa/les. ideoq; etiā p̄ eandē. b. l. z. n. p. equales: cum sint. b. k. z. k. l. equales. m. n. z. m. p. z. anguli. b. k. l. z. m. n. p. recti p. s. igit̄ prīmi erit angulus. n. e. p. equalis angu/lo. b. a. l. Similī quoq; modo p̄babis angulū. g. e. n. esse equalē angulo. c. a. d. con/stat itaq; nos effecisse qđ volumus: hanc si studiosus institeris quotāq; lateribus a. solidas angulus p̄positus cōtineat qđ a te perfī sine offēdicio perficere poteris.

Propositio .27.

Super assignatā lineam dato solidō equidistantium superficiērum simile solidū constituere. **C** Sit assignata linea. a. b. de cuius situ virū in piano iaccat vcl sursum exurgat nihil curē: sitq; as/ignatū palellogramū solidū corpus. c. d. cui sup̄ linea. a. b. iubemur simile solidū fabricare. Sint igit̄ tres linee p̄tinentes superficiales an/gulos ex quibus ponit solidus angulus. c. inscripte litteris. c. e. c. f. c. g. At scđm p̄/cepta premisse super punctū. a. linea. a. b. cōstituat angulus solidus equalis. c. quē cōtineat tres linee. a. b. a. b. a. k. z auxilio. 10. sexti sit p̄portio. c. e. ad. a. b. z. e. f. ad. a. b. z. g. c. ad. a. k. p̄portio vna: dñe ex a trib⁹ punctis. b. b. k. p̄trabant sex linee b. l. equidistantes linee. a. b. z. b. m. equidistantes linee. a. k. itez. b. l. equidistantes linee a. b. z. b. n. equidistantes linee. a. k. rursus quoq; k. n. equidistantes. a. b. z. k. m. equi/distantes. a. b. amplius aut̄ p̄trabant. m. p. equidistantes. b. l. z. p. l. equidistantes. b. m. p̄trabat quoq; z linea. p. n. eritq; cōpletū solidū palellogramū. a. p. quod dico ē simile solidō. c. d. hoc aut̄ ex vione silium superficieꝝ z vione silium corporoꝝ si eardim memineris facile cōcludes. **P**ropositio .28.

Sup̄ficies aliqua solidū palellogramū sup̄ duas quaslibz oppositas superficies eius terminales z sup̄ eaꝝ duas dia/metros fecer eadē superficiē corp⁹ illud p̄ equalia secare ne/cesse est. **C** Sit corpus. a. b. solidū palellogramū de quo sit positum qđ superficies. a. b. c. d. fecer ipsū sup̄ diametros duas superficiēn op/positas ipsū solidū terminatiū qđ sunt. a. d. z. c. b. dico qđ ipsa dividit istud solidū






ppositū per cōqualia. cōstat enī q̄ sp̄a dividit illud solidū in̄ duo sc̄ratilia quoꝝ sup̄ficies quadrilateras binas & binas ad inuiꝝ relatas sc̄m q̄ ipſe ſunt oppoſita la-
terā ſolidi. ppoſiti manifestū ē ex. 24. huiꝝ eē equales cū ſolidum de quo loquimur
poſiti ſit cīc palellogramū: ex eadē quoꝝ t. 41. priimi cōstat trilateras ſup̄ficies di-
ctoꝝ ſeratiliū eſſe equales: igit̄ a dione ſolidoꝝ equaliū liquet quod ppoſitum eſt

Ppōſitio .29.

Cuncta ſolida equidistantium ſup̄ficies eque alta atq; i-
eadē baſi ſup̄ vñā linēā conſtituta probantur eſſe equalia.
C̄ uex ē q̄ ſolida equidistantiū laterā eque alta ſine iter ſup̄ficies eq̄-
distantes ſuper vñā & eadē baſim conſtituta ſunt adiuvię equalia ſi-
cut de ſup̄ficiēbus equidistantiū laterā ſuper vñā baſim & inter linē-
as eq̄distantes pſtitutis ut in. 35. priimi demonſtratiū eſt. ſed talium ſolidoꝝ que-
dā dicuntur conſtitui ſuper linēā vñā & ſunt illa quoꝝ ſup̄premaꝝ ſup̄ficies duo op-
poſita latera ſunt: bñ rectitudinē ptracta linēa vñā: & de talibꝫ hec. 29. proponit
demonſtrandi ipsa oīa eſſe equalia adiuviem. ſunt aut̄ eoꝝ alia que nō dicuntur
conſtituta ſuper linēā vñā & ſunt illa quoꝝ ſup̄premaꝝ ſup̄ficies duo latera oppo-
ſita quecūq; ſumant bñ rectitudinē ptracta nō ſunt linēa vñā & de talibꝫ ſequens
demonſtrandi pponet ipsa quoꝝ oīa eē adiuvię equalia. Sint itaq; duo ſolida
palellogramma eque alta ſine inter ſup̄ficies eq̄distantes. a. b. z. a. c. conſtituta ſup̄
vñā baſim que ſit. a. d. quoꝝ ſup̄premaꝝ ſup̄ficies ſint. e. b. z. f. c. Sintq; baſi ſup̄p-
maꝝ ſup̄ficies duo latera oppoſita cū ſc̄m rectitudinē ptractant linēa vñā & ipsa
ſint. c. f. z. b. c. dico itaq; q̄ ſolida. a. b. z. a. c. ſunt equalia: hoc aut̄ ſi figurā eiꝝ bñ
q̄ oportet actu vel cogitatione fabricaūcris & quēadmodū in. 35. priimi proceſſeris
idem faciens hic de ſeratilibus qđ ibi de triangulis facile cōcludere poteris occur-
ſuntq; tibi hic eedem diuerſitates in ſolidis que ibi in ſup̄ficiēbꝫ occurriffe nouisti

Ppōſitio .30.

Cuncta ſolida equidistantiū ſup̄ficies eque alta que i-
eadē baſi nō aut̄ ſup̄ linēā vñā fuerint pſtituta pbant eſſe equalia.
C̄ ſint nūc duo ſolida palellogramma eque alta ſine inter ſup̄ficies eq̄-
distantes ſintq; ſup̄ vñā & eadē baſim ſed nō ſup̄ linēā vñā pſtituta:
dico itaq; ea eē equalia. Eſto enī duo ſolida palellogramma. a. b. z. a. c.
eq̄ne alta ſine inter ſup̄ficies eq̄distantes pſtituta ſup̄ vñā baſim que ſit. a. d. ſz nō
ſup̄ vñā linēā: ſintq; eoꝝ ſup̄premaꝝ ſup̄ficies. e. b. z. f. c. quaꝝ oppoſita latera bñ
rectitudinē ptracta nō erūt linēa vñā. cuq; ipsa ex ipoibesi ſint i vñā ſup̄ficie eo
q̄ ſolida ppoſita ſunt inter ſup̄ficies eq̄distantes: necelle ē vt duo latera vñi
us earum ptracta ſc̄m rectitudinē ſecet duo alterius eaꝝ ptracta ſc̄m rectitudi-
nē: ptractabāt itaq; duo oppoſita latera ſup̄ficiē. e. b. que ſint. e. g. z. b. b. & duo
oppoſita ſup̄ficiē. f. c. que ſint. k. f. z. c. l. & ſecent ſe ſup̄ quatuor pūcta. m. n. p. q.
eritq; ſup̄ficies. m. n. p. q. eque altū ſolidis cōis & ipsa ē. a. d. & due reliquie ſunt ſup̄premaꝝ ſu-
perficies corundē ſolidoꝝ & ipſe ſunt. e. b. z. c. f. duc̄tis itaq; linēis & quatuor pun-
ctis. m. n. p. q. ad quatuor angulos baſis. a. d. ſibi ſc̄m directā habitudinē relatos/
q̄ ſit. n. a. m. r. p. ſ. q. d. perfectū erit ſolidū parallellogramū. a. q. i eadē baſi cū vñro
q̄ duos priorꝝ & eque altū & ſup̄ linēā vñā cū vñroꝝ ipſoꝝ: per premiſſas igit̄ vñrū/
libꝫ duos ſolidoꝝ ppoſitorꝝ que ſunt. a. b. z. a. c. ē equale ſolido. a. q. p. pceptionem




ergo est solidū. a. b. eque solido. a. c. q̄re constat p̄positū. **C** Notes quoq; p̄uersas huius z premissae pbare si libet ducento ad impossibile: poncs enī quidbet duo solidū parallelograma eē eq̄lia z p̄stituta super eandē basim equidistātia z demōstra bis ea eē eque alta. Et n̄tq; bee z premissa tue demōstrationis mediū: impossibile aut̄ ad quod duces erit: partē suo toti esse equalē: qđ evidenter patēbit si de illo solidū qđ altis eē mentit aduersariis cū tñ ambo posita sint equalia z sup eandē basim cōstituta vñū solidū parallelogramū eque altū demissori abscederis: hoc autē absclsum' equale esse demissori cōvinces ex hac z premissa. ideoq; z roti illi s̄ quo ipsum abscederis ex cōi scia.

Propositio .31

Solidū equidistantū superficiez in basibus eqnis cōstituta si fuerint eque alta lineeq; eius angulares supra bases orthogonaliter steterint erunt equalia.

CEt hoc quoq; vix ē q̄ oia solida parallelograma in "equis basib" acq; inter superficies equidistantes sive eque alta cōstituta sunt ad invicē equalia sicut de superficieb" equidistantū laterū super equalē bases z in ter lineas equidistantēs constitutis in .36. prīmī probatū ē. At talū solidoz alia sūt quoq; angulares linee super suas bases orthogonaliter erigunt de quib" hec. 31. p/ ponit demōstrandū elle ca eē equalia. Altis vero sunt quoq; angulares linee super suas bases nō sunt orthogonaliter erecte: de quibus sequēs demōstrādū proponit ea eē equalia: intelligant itaq; super duas bascs. a. b. z. c. d. que sint equalēs z equidistantiū latez nō iñ vñis creationis. sed sit. a. b. tetragonus longus. z. c. d. sumi le belnumaym duo solidū equidistantiū laterū cōstituta eque alta sintq; linee erecte super angulos p̄positaz basiū perpendicularares ad ipsas. dico hec duo solidū ad invicē esse equalia p̄trahant itaq; duo latera basis. a. b. z sint illa que cōtinēt angulum. b. vñq; ad. f. z. e. z fiat angulus. f. b. g. equalis angulo. c. basis. c. d. z sumat̄ due linee. b. f. z. b. g. equalēs duobus lateribns basis. c. d. que cōtinēt angulum. c. z peripheria superficialies equidistantiū laterum. b. b. que erit equalis z silis basi. c. d. vñbinc p̄trahat̄. b. c. equidistans. b. f. z. f. k. equidistans. b. e. eritq; quadrilatera superficialies. b. k. equidistantiū laterū equalis. b. b. ex. 35. prīmī: cūq; b. b. sit equalis. c. d. erit per cōceptionē. b. k. equalis. a. b. Lōpleat̄ itaq; superficialies equidistantiū laterum. b. l. protracta linea. k. f. quousq; cōcurrat cū uno ex lateribns conti nentibus anguli. a. in pñncro. l. age ergo super tresuperficies equidistantiū laterum que sunt. b. b. b. k. b. l. cōstituatur eque alta solida solido cōstituto super basim a. b. sintq; linee omnū solidoz istowm erecte super bases perpendicularares ad ip/ ses z appellerentur bases z solida super eas cōstituta eisdē nominib; manifestum est ergo ex diffinitione solidoz equalium atq; similiū q̄ duo solidū. b. b. z. c. d. equalia atq; similia sunt: de solidis aut̄. b. b. z. b. k. constat ex. 29. q̄ ipsa sunt equalia: sunt enī eque alta z cōstituta super vñā z eandē basim z ipsa ē superficialies et/era super lineā. b. f. z super lineā vñā: ē aut̄ p. 25. propozitio solidi. a. b. ad solidum b. l. sicut balis. a. b. ab basim. b. l. z per eandem solidi. b. k. ad solidum. b. l. sicut ba sis. b. k. ad basim. b. l. cūq; sit vñiusq; duarum basium. a. b. z. b. k. ad basim. b. l. vñia propozitio: ex prima parte. z. quinti erit vñiusq; duoz solidorum. a. b. z. b. k. ad solidum. b. l. propozitio vñia igitur ex prima parte noni quinti erunt duo solidū. a. b. z. b. k. equalia: at quia solidū. b. k. est equalē solido. b. b. solidūq; b. b. so lido. c. d. sequit̄ ex cōi scia solidum. a. b. eē eque solido. c. d. q̄od est p̄positū.




Propositio .32.

Si solida equidistantium superficie χ in eis basibus constituta eque alta fuerint linee ante angularis supra bases orthogonaliter non steterint: ipsa esse equalia necesse est. **C**on fabricatis duob⁹ corporibus ut proponitur videlicet quod sint equidistantium terminorum et eque alta et super bases equas perpendiculariter non aut super bases suas erecta sed ambo super eas inclinata. Si autem a quatuor angulis supremarum superficie χ ipsis ad bases suas perpendicularares ducantur quod ex eis erunt singulares equidistantes et etiam ex hypothesi singulae singulis equalis ipsa solidorum propositorum altitudinem diffiniuntur: et si inter eas solida equidistantium laterum pficiantur constabit ex premissa hcc duo solida ultimo constituta esse adinvicem equalia. **L**unq^z duorum priorum et duorum posteriorum sint eadem bases videlicet eorum superficies supremae: constat ex 29. vel. 30. et bac communis scientia: quecumq^z equalibus sunt equalia sibi in vicem sunt equalia neque esse quod propositum est. Ex his votis cōversas bius et premisse cisdem mediante indirecte demonstrare si liber eodem modo et ad idem inconveniens sit in cōversis duas istas antecedentium deducendo: pones enim duo solida parallelogramma esse equalia et super equalibus bases et cōvinces ea esse eque alta vel pones ea esse eque alta et equalia et cōvinces ea esse super bases equalis. **Propositio .33.**

Monia solida equidistantium superficie χ eque alta suis basibus sunt proportionalia. **S**unt duo solida equidistantium superficie χ eque alta constituta super duas bases. a. b. c. d. vico quod proporcionalia illorum duorum solidorum unius ad alterum est sicut proporcionalia basium que sunt. a. b. c. d. vnius ad alteram. **L**estat quidem ex 24. utramque duarum basium esse equidistantium laterum: duo igitur latera opposita et equidistantia in superficie. a. b. praebarant et inter ea fiat superficies equidistantium laterum que sunt. f. e. equalis. c. d. debinc supra superficiem. f. e. compleatur solidum parallelogramum eque altum ei quod constitutum est supra basim. a. b. sitque ambo eorum terminus illa superficies que exurgit supra lineam. b. f. nec autem solida et sine bases cisdem nuncupari nominantur. quod igitur basis. f. e. est equalis basi. c. d. erit ex 31. vel. 32. solidum. f. e. quale solidum. c. d. At quod totale solidum. a. e. secar superficies exurgens supra lineam. b. f. equidistanter omnibus lateribus oppositis: erit ex 25. proporcionalia solidi. f. e. ad solidum. a. b. sicut basis. f. e. ad basim. a. b. cumque sint. c. d. et f. e. tam bases quam solidam equalia: bases quidem ex hypothesi: solida autem ex 31. vel. 32. Sequitur ex 7. quinti bis assumpta semel per basibus et semel per solidis quod solidorum. a. b. c. d. basiumque. a. b. c. d. sit proporcionalia una quod demonstrare volumus: huius quoque cōversam eadem ipsa mediante demonstrare quod in modum cōversas precedentium non est difficile. ponens enim duo solida parallelogramma eque suis basibus proporcionalia et cōvinces ea esse eque alta abscisorum ab eo quod altius metiet aduersari uno solido parallelogrammo eque alto demissio erit abscessum et demissum suis basib⁹ proporcionalia ex hypothesi et ex bac. 33. cuius etiam erit tota et aliis a quo prie abscidiisti et ipsum demissum eiusdem basib⁹ proporcionalia ex hypothesi sequit ex prima parte. 9. quinti totale quod aduersari dicit altius et prie quod ab eo abscidiisti esse equalia. **Propositio .34.**

Si duo solida equidistantium superficie χ lineis altitudinem super bases orthogonaliter erectis fuerint equalia eorum bases eorumdem altitudinibus mutuas esse. Si vero facimus





duo bases suis altitudinib⁹ mutue ipsa solida sibi inuicē equalia esse necesse est. Q[uod]ocunq[ue] sint duo solidū equidistantiū superficieꝝ equalia eoz basēs et altitudines necesse est esse matekēsias et conuerso quādmodū de superficiebus equidistantiū laterꝝ equiangulis. 13. sexti p[ro]positi. Attamē bat. 34. istud demōstrandum proponitur de illis solidis paleologramis in quibus linee altitudinum suis basib⁹ paleologramis orthogonaliter insistunt. ea vero que sequit[ur] p[ro]ponit idē de ceteris. Sint ergo nūc duo solidū paleologram. a.b.c. et c.d. equalia quoꝝ bases sint a.e.z.c.f. lineaꝝ altitudinū ipsoꝝ sint super basēs orthogonaliter erecte et sic altitudo solidi. a.b. linea. c.b. et solidi. c.d. linea. f.d. si igitur fuerint duce linee. e.b. z.f.d. determinantes ipsoꝝ solidōꝝ altitudines equalēs adiuuicē: cum ipsa quoꝝ solidā sint ex hypothesi equalia. erunt ex cōversa. 31. bases eoz que sunt. a.c. z.c.f. cōiques. ideoꝝ bases et altitudines erunt mutue: sicq[ue] cōstat p[ro]positi prima ps. et cōverso cōstat sit sc̄a vt si altitudines et bases sint mutue: ponant altitudines equalēs erūt quoꝝ bases equalēs. ideoꝝ p. 3. 1. 2 solidā equalia et sic cōstat secunda ps. At vero si linee. e.b. z.f.d. non fuerint equalēs sit. f.d. maior et ex ea refecet. f.g. ad equalitatē. e.b. tribusq[ue] ceteris lineis que sunt altitudinis sol. di. c. d. ad eadē mensurā in punctis. b. k. l. refecatis perficiā solidū paleologramū. c. g. eque altū solidō a.b. erit ex p[rem]issa. a.b. ad. c.g. sicut. a.e. ad. c.f. cū itaq[ue]. c.d. sit cōuale. a.b. erit ex p[rima] p[ro]p[ri]etate. 7. quinti. c.d. ad. c.g. sicut. a.e. ad. c.f. p[rem]issa aut ē p[ro]portio. c.d. ad. c.g. sicut. m.f. ad. f.l. qđ p[ro]p[ri]etate ex lateralib⁹ superficieb⁹ solidi. c.d. et ipsa sit. f.m. intelligat basis ipsi⁹. at per p[rimā] sexti. f.m. ad. f.l. sicut. d.f. ad. f.g. idcoꝝ per 7. quinti. sicut. d.f. ad. b.e. igit. a.c. ad. c.f. sicut. d.f. ad. b.c. cōstat itaq[ue] prima ps. Sc̄am p[re]tē cū sit cōverso prime cōverso mō p[ro]bab[il]is: sit enī eadē dispositione manente p[ro]portio. a.e. ad. c.f. sicut. d.f. ad. e.b. dico tunc solidā. a.b. z.c. d. cē equalia: erit enī ex 7. quinti. d.f. ad. f.g. sicut. a.e. ad. c.f. sed ex p[rem]issa ē. a.b. ad. c.g. sicut. a.e. ad. c.f. igit ē. a.b. ad. c.g. sicut. d.f. ad. f.g. ex p[rima] aut sexti ē. d.f. ad. f.g. sicut. m.f. ad. f.l. et ex p[rem]issa. c.d. ad. c.g. sicut. m.f. ad. f.l. itaq[ue]. c.d. ad. c.g. sicut. z.b. ad. c.g. igit ex 9. 5. a.b. z.c. d. sūt equalia: qđ ē p[ro]positū.

Propositio .35.

Si duo solidā equidistantiū terminoꝝ fuerint equalia eoz bases eorūdē altitudinib⁹ crūt mutue Si vero bases sue altitudinib⁹ suis mutue fuerint quelibet duo corpora equidistantium superficerum probātur esē equalia.



Q[uod]o p[rem]issa p[ro]positi de solidis paleologramis quoꝝ linee altitudinū super bases suas orthogonaliter exurgunt. hec. 35. p[ro]ponit indistincte de omnibus: demōstrare autē cōuenit h[ab]c ex p[rem]issa quādmodū demonstrauim⁹. 32. 33. Fabricatis enī duobus solidis equidistantiū laterū quibuscūq[ue] si linee altitudinū suis basib⁹ orthogonaliter insistunt: cōstat verū esse qđ dicit ex p[rem]issa. Sin autē a quatuor angularib⁹ punctis supponantur superficieꝝ in vtroq[ue] solido quaterme linee demittantur perpendiculariter ad bases vel a punctis angularibus intinctorum superficieꝝ quaterme erigantur: iter quas duo solidū paleologramū p[ro]ficiantur eque alta solidis prioribus. eruntq[ue] ex. 29. 7. 30. hec duo solidū duobus prioribus solidis equalia. cum igit horum et eorū sint eadē bases et eadē altitudines: sit autē ex p[rem]issa de posterioribus verum est quod het. 35. p[ro]ponit verum erit idē eris de prioribus

Propositio .36.






I duo solida equidistantia superficierum fuerit similia proportio erit viriusq; ad alteru tanq; cuiuslibet sui lateris ad suum relatum latum alterius pportio triplicata. **C** Sint eni duo solida. a.b. z.c.d. parallelogramma et similia sive: dico q; pportio vnius eoz ad alterez est sicut vnius lateris eius ad unum latum alterius qd lib i refert pportio triplicata: quaeadmodu duar superficie solum pportio est si ut uno relatioz laterz pportio duplicata ut in. 13. sexti demonstratur. n si solidae. a.b. z.c.d. fuerint equalia cu ipsa ponant similia erunt ex diffinitionib siliu corponi et similiu superficie cuncta latera vnius equalia suis relativis lateribus alteri? ideoq; cu duar quantitatuum equalium pportio triplicata aut quot enslibet summa non efficiat nisi equalitatis ppositione: constat in hoc casu vcecc qd proponit. Si autem inequalia: sit. a.b. maius cuius longitudo sit. b. e. latitudo. e. f. altitudo. f. a. basis. c. r. et supraeim superficies. a. n. Solidi vero. c. d. sit longitudo. d. g. latitudo. g. h. altitudo. h. c. constat itaq; ex dione similiu corporoz et ex diffinitione similiu superficie et presenti ypothesi q; pportio. a. f. ad. c. b. z. f. e. ad. b. g. z. e. b. ad. g. d. sit pportio una summaq; ex linea. a. f. quam manifestu est ee maiore. c. b. linea. f. k. equalis. b. c. et ceteraq; tres determinantes altitudinem solidi. a. b. recessentur ad equalitatem eius et inter eas compleatur solidu parallelogrammu. k. b. que altu solidu. c. d. et p. trahant due lineas basis. e. b. Vsq; ad. l. e. r. b. Vsq; ad. m. sitq; b. l. equalis. g. d. z. h. m. equalis. b. g. et peripheria superficies equidistantiu lateru. m. l. que erit equalis et similia. b. d. sup ea igit erigat solidu parallelogramnu. p. q. h. m. altitudine pfectissim ex altitudine solidi. a. b. eritq; p. q. equale et sile solidu. c. d. rursusq; inter lineas. r. b. z. b. l. peripheria superficies equidistantium laterum. b. t. sup. quia quoq; erigatur solidu parallelogramnu. x. l. que altu virioz duoz solidoz. k. b. z. p. q. replendo alterum duoz anguloz byanum inter ca: cu aut duo solidae. a. b. p. q. sunt similia eo q abo posita sunt similia solidu. c. d. corpora vero vni et eidem corpori similia iter se sunt similia vri p ex dione similiu corporoz et 20. sexti manifestum est ex. 25. ter assumpta q; inter duo solidae. a. b. z. p. q. h. m. continua pportionalitate cadunt duo solidae. k. b. z. x. l. opportunem ergo constituta vel constructa figura: ypothesibusq; memorie summe comprehendatis ex prima sexti facile pcludes propositum. Excute corpora et diligenter atte de sciesq; ex. 25. huins pportione solidi. a. b. ad solidu. k. b. ee sicut superficie. a. r. ad superficie. k. r. loq; ex prima sexti sicut linee. a. f. ad lineam. k. f. et pportione solidi. k. b. ad solidu. x. l. sicut superficie. k. r. ad superficie. x. t. loq; sicut linee. f. r. ad lineam. r. t. et pportione solidi. x. l. ad solidu. p. q. sicut superficie. r. l. ad superficie. l. m. ideoq; sicut linee. r. b. ad lineam. b. m. Ex ypothesi vero liquet q; pportio linee. f. r. ad lineam. r. t. et linee. r. b. ad lineam. b. m. est sicut linee. a. f. ad lineam. k. f. itaq; ex dione pportionis triplicata posita in phenio quinto: constat q; pportio solidi. a. b. ad solidum. p. q. ideoq; etiam ad solidu. c. d. est sicut linee. a. f. ad lineam. k. f. triplicata et q; linee. k. f. posita est equalis linee. c. b. p ex esse quod dicitur. **C** Scire autem oportet q; quicquid p banc. 36. et p. 7. ea continua precedentes demonstratum est de solidis parallelogrammis. idem quoq; vix est de seratilibus quoq; bases coiter sunt trigone aut communiter tetragone. hoc aut ex. 28. et hac. 36. et. 7. ea continua precedentibus constabit ige utolo inspectori. Si enim fuerint seratilia quelibet eque altera sup candem basim vel sup bases equalibus coiter in trigonas aut coiter tetragonas cum ipsa sint dimidia solidorum parallelogramorum suarum altitudinum ex. 28. ipsa erunt equalia ex. 29. et tribus?




tā sequēbus: ex his enim constat solida parallelograma ipsa seratibus dupla eē equalia. Siīr quoq; si fuerint duo seratilia sup bases cōiter ēgonas aut cōiter tetragonas eque altera ipsa erunt suis basibus p̄portionalia quēadmodū de solidis parallelogramis ex. 33. babet ipsa enim sunt ex. 28. diuidia solidorū parallelogramorum sue altitudinis: solidorū autē parallelogramoꝝ sue altitudinis coꝫq; basiū ē vna p̄portio ex. 33. cum itaq; sit solidorū parallelogramoꝝ p̄portio sicut seratiliū q; sicut simplū ad simplū sic duplū ad duplū ex. 15. quinti atq; basiū solidorū parallelogramoꝝ ē p̄portio sicut basiū seratiliū: aut enim eēdē erunt bases seratiliū et solidorum parallelogramoꝝ: et hoc quidē erit cū bases seratiliū fuerit tetragone tunc enim ex seratibus super easdē bases erunt solidū parallelograma cōplenda: aut bases seratiliū erunt subduple ad bases solidorū parallelogramoꝝ: et hoc quidē erit cū bases seratiliū fuerint cōmuniter trigone: tunc enī erunt ex seratibus solida parallelograma cōplenda adiunctis ad bases seratiliū superficiebus trigonis vi fiant bases serati- liū cū ēgonis adiūctis superficiebꝝ: superficies eq̄distātū laterū. sc̄q; ut sit p̄portio seratiliū sicut suaz basiū. Eodēq; mō si seratilia fuerint eq̄lia fueritoꝝ cōmuniter super bases trigonas vel cōiter super bases tetragonas: bases coꝫq; altitudinibus ipso rū mutue erunt. Qđ si bases coꝫq; suis altitudinibus fuerint mutue ipsa seratilia erunt equalia quēadmodū de solidis parallelogramis. 34. 7. 35. p̄ponunt: hoc autem facile p̄ ex his que dicta sunt in. 35. si vero seratilia fuerint adiūcē sūta: erit p̄portio unius ad alterū. sicut p̄portio lateris vniꝝ ad suum reliquum latus alterius p̄portio triplicata: quēadmodū de solidis parallelogramis. 36. p̄ponit qđ ex eadem 36. facile tibi patet. si ex illis seratibus sisib⁹ solidis parallelogramis complexis. solida ipsa probaueris esse simila: qđ ex definitione similiū coꝫpoꝝ et similiū superficiem et ex hoc qđ seratilia ponunt adiūcē sūta ex. 34. prīmi leue ē negotiari.

Propositio .37.

Si fuerint duo anguli plani equeles super quos due ypo/ themis in aere statuantur cum lateribus anguloꝝ subiacen- tium singulos singulis equos angulos continentur atq; i illis ypothemisis duo puncta signentur a quib⁹ punctis due perpendiculares ad superficies angulorū propolitoꝝ demittantur a punctis aut super que perpendiculares ceciderit ad eosdē duos angulos planos due recte linee ducant duo anguli qui ab illis duabus lineis atq; duabus ypothemisis continentur equi sibi inuncē esse p̄bantur. **S**int duo anguli plani. a. z. d. equeles contenti lineis. a. b. z. a. c. z. d. e. z. d. f. et super eos erigantur due linee ypothemis alterius. a. g. z. d. b. si tez angulus g. a. c. equalis angulo. b. d. f. et angulus. g. a. b. c. equalis angulo. b. d. e. atq; in duas ypothemisis. a. g. z. d. b. signent qm̄ olibet duo puncta. k. z. l. a. quib⁹ fm p̄ceptia. n. huius demittantur ad superficies angulorum. a. z. d. due perpendiculares que sint. k. m. c. l. n. et protrabantur duc lineas. a. m. c. d. n. vico igitur angulum g. a. m. esse equalē angulo. b. d. n. si linea. a. k. est equalis. d. l. bene quidem. Sin autem ex linea. a. g. sumatur. a. p. equalis. d. l. at a punto. p. demittatur perpen- dicularis ad superficem anguli. a. linea que sit. p. q. manifestum est igitur qđ pun- ctum. q. est in linea. a. m. quod ex. s. huius et diffinitione linearum equidistantium qđs necesse ē ēē in superficie. vna facile p̄stat studiose intuenti debet. a. p̄cto. q. ducat perpendiculares due vna ad lineā. a. b. que sit. q. r. et alia ad lineā. a. c. q. sit. q. s. Siīr






quocq; a puncto. n. duocant' due alie perpendicularares una ad linea. d. e. q; sit. n. t. et alia ad linea. d. f. que sit. n. x. et ptrahanet. r. f. z. t. x. itenq; a punctis. p. z. l. demit tanti ypothemic. p. q. p. r. p. s. c. l. n. l. t. l. x. his itaq; positis figuraq; prudet dis/ sposita demonstratione ppositi sic collige: cōstat ex penultia primi q; quadratum linee. a. p. ē equale quadratis duarum linearū. a. q. z. p. q. ac ex eadē q; quadratū. a. q. ē equale quadratis duarum linearū. a. f. z. f. q. itaq; quadratū. a. p. ē equale quadratis triū linearū. a. f. s. f. q. z. q. p. Sed ex eadē quadratū. f. p. ē equale quadratis duarum linearū. f. q. z. p. q. ergo quadratū. a. p. ē equale quadratis duarum linearū. a. f. z. f. p. ideoq; ex ultima primi angulus. a. f. p. ē rectus: siq; mō p̄dabis vñūquēq; triū anguloꝝ. d. x. l. a. r. p. d. t. l. ē rectū. cū igitur ex ypothesi sit angulū. f. p. a. equalis an/ gulo. x. d. l. z. linea. a. p. linea. d. l. erit ex. 26. primi linea. d. x. equalis. a. f. z. x. l. eq/ us. f. p. codē quoq; mō cū ex ypothesi sit angulus. r. a. p. equalis angulo. e. d. l. erit ex eadē linea. a. r. equalis. d. t. r. r. p. equalis. t. l. quare p̄ quartā primi linea. r. f. erit eq; ualilis linec. t. x. et angulus. a. r. f. equalis angulo. d. t. x. et angulus. a. f. r. angulo est enim ex ypothesi angulus. a. equalis angulo. d. a cōceptione igitur erit angulus f. r. q. equalis angulo. x. r. n. et angulus. r. f. q. angulo. t. x. n. sunt enī residui duorum rectorum demptis equalibus necesse ē itaq; ex. 26. primi vt linea. r. q. sit equalis. t. n. t. q. f. equalis. n. x. Lūq; ex penultima primi quadratū linea. r. p. sit equale q̄dra/ tis duarum linearum. r. q. z. q. p. z. quadratum linea. t. l. equale quadratis duarum linearum. t. n. z. l. n. sint autem due linea. r. p. z. t. l. equales: duo quoq; que sunt r. q. z. t. n. equales: sequitur ex communī scia duas que sunt. p. q. z. l. n. cē equales. Eodē mō cū quadratū linea. a. p. sit equale quadratis duarum linearū que sunt. a. q. z. q. p. sit quadratū linea. d. l. quadratis duarum linearū que sunt. d. n. e. n. l. si aut. a. p. equalis. d. l. z. p. q. equalis. l. n. sequif ex cōf scia. a. q. cē equalē. d. n. ex. s. igit primi cōdudo p̄positū videlicet angulū. p. a. m. ē equalē angulo. l. n. d.

Propositio .38.

Solidū trībus lineaꝝ p̄portionalibꝝ cōtentum equū erit solidū qđ a medie linea equis lateribus contineat. si anguli sui amborum sibi innicem equales fuerint.






De solidis paldlogramis intelligat: de bis enī qualitatq; sint vñ tamē equiangula venū ē q; cōtenū a tribus lineaꝝ p̄portionalibꝝ equalē ē ci qđ a media carū cōtinet quēadmodū de superficiebus rectangularis probatum est in. 16. sexti et de non rectangularis elicitur euidenter ex secunda pte. 13. cui dē Sint igit tres linea. a. b. b. c. z. c. d. continue p̄portionales fiatq; ex cis vñus angulus solidas ad libitū et pficiat solidū equidistantiū laterū cui⁹ linea. a. b. sit lōgitudo. b. c. vero altitudo. sed. c. d. latitudo et ipsum solidum dicatur. a. d. sumpta quoq; alia linea qualibet equali. b. c. que etiā vocetur. b. c. sup ipius extremitatē q; ē. b. p̄stinet angulus solidus equalis angulo solidō. a. fm qđ docet. 26. lineaꝝ cetere solidū angulū. b. cōtinētes reſecent ad equalitatē linea. b. c. et pficiat solidū equidi/ stantū superficieū tñus longitudo latitudo et altitudo sit linea. b. c. et ipsum ap/ pelleat. b. c. dico itaq; duo solidū. a. d. et. b. c. ē equalia. manifestum ē cū q; cuncte superficies vñus sunt equiangula suis relativis superficiebꝝ alteri⁹ qđ ex. 34. pñm pate pōt. nā cū solidū angulū. b. ponat cōglis solidū angulo. a. ncessit ē vt vñ⁹ anglo vñlusoꝝ inq; superficie solidū. a. d. sit cōglis vñi āngulo sue relative superficie in solidō b. c. itaq; per. 34. primi eoz oppositi erunt equales. At q; vñlusoꝝ superficie



quadrilatero dōis anguli sunt equales quatuor rectis ex. 32. primitus est duos re
liquos unius esse equales duobus reliquis sine relative. cumque ipsi ago reliqui in
qualibet sint enim adiuvicē equales concinnatur necessario ut unāqz ex superficiebus
solidi. a. d. sit equiangula sine relative in solido. b. c. quare ex scđa pte. 13. sexti bases
duoū solidoz ppositoz erunt equeles. sūt enim equiangulae et laterū mutuoū. Si itaqz
linee altitudinū super bases ipsoz orthogonaliiter insistunt constat ex. 31. ipsa esse
equalia. cū enim hec linee sint equeles et ipse determinat altitudinem solidorum erunt
solida eque alta. At si linee altitudinū ipsorum non insistunt suis basibus orthogonali
iter ab ipsis summitatibus ad bases perpendicularibus demissis erunt ex primis
hec perpendiculares adiuvicē equales ipse enim erit sicut erant et in premisse demon
strationis figura one linee. p. q. r. l. n. quas demonstrauimus oportere esse equeles.
Quia igit̄ omniū solidoz altitudo ex perpendicularibus a summitatib⁹ ipsoz ad suas
bases descendēb⁹ diffinit̄ erit ex. 32. duo solida. a. d. et. c. b. equalia. Et ideo quo
eū huius possumus si delectat conuerso modo probare ut si parallelogramū corpus. a. d.
sit equale et equiangulum corpori parallelogramo. b. c. et corpus. b. c. continetur a media
tritū linearū continentū corpus. a. d. erunt tres linee continentes corpus. a. b. continue
proportionales. cū enim duo solida parallelogramata. a. d. et. c. b. sint equeles et eque alta
ex hypothesi ipsa erunt super bases equeles per conuersas. 31. et. 32. et quod ipse bases eom̄
sunt equiangula sequit̄ ex prima pte. 13. sexti quod ipse sunt mutuoū laterū itaqz pro
portio. a. b. ad. b. c. sicut. b. c. ad. c. d. quare constat propositum.

Propositio .39.

Si fuerint quotlibet linee proportionales solida quoqz sine
equidistantium atqz similiū uniuscuiusqz creationis su
perficieoz erunt proportionalia. si vero solida equidistantia
atqz similium uniuscuiusqz creationis superficieoz fuerint pro
portionalia linee quoqz a quibus ipsa solida continentur erunt
proportionales. Si igit̄ pponit vigesima prima sexti de superficiebus.
Sint enim 4. linee. a. b. et. c. d. proportionales et super basi fabricentur quatuor solidia pa
llelogramata eisdem nobis dicta quod sint expressae similia. duobus enim ad libitum fabricatis su
per duas lineas. a. et. c. cetera similiter pcepta. 27. constituta erunt. dico bcc. 4. solida esse
proportionalia et conuerso. subiungant enim duabus lineis. a. et. b. in continua propor
tione due:quod sunt. e. et. f. quod admodum docet. 10. sexti ex duabus lineis. c. et. d. aliae due
que sunt. g. et. h. constat igit̄ ex. 36. et ex definitione proportionis triplicate que po
sita est in principio quinti et ex hac hypothesi quod solida. a. et. b. sibi inuicem et solida. c.
et. d. sibi adiuvicē sunt expressae similia quod propositio solidi. a. ad solidum. b. est sicut. propositio
linee. a. ad lineam. f. solidi quoqz. c. ad solidum. d. sicut linee. c. ad lineam. b. et quia p. 22.
quod in proportio linee. a. ad lineam. f. est sicut linee. c. ad lineam. b. erit ex. 11. quinti soli
dū. a. ad solidum. b. sicut solidū. c. ad solidum. d. postea igit̄ prīma pars. Secunda sic
sunt duo solida. g. et. b. sibi adiuvicē duoqz que sunt. c. et. d. sibi adiuvicē expressae sim
ilia. Suntque cuncta parallelogramata et ponantur proportionalia. dico quod linee. a. b. et. c. d.
super quas sunt constituta sunt proportionales. sit enim ex. 10. sexti sicut linea. a. ad linea. b. ita
linea. c. ad linea. k. et fiat similiter. 27. b. super lineam. k. solidū expressae simile solidū. d. quod etiam
dicatur. k. eritque ex definitionib⁹ similiū corporū et similiū superficieoz et 20. sexti corp⁹. k.
expressae simile corpori. c. id est p. primā pte. huius. 39. iā probata erit propositio solidi. a. ad
solidum. b. sicut solidi. c. ad solidum. k. et quia eadem erat solidi. c. ad solidum. d.




ent ex secunda parte noni quinti solidum. k. equale solidio. d. cumq; effet sibi ex prefle simile sequitur lineam. k. esse equalē linee. d. Equalitas enim non producitur ex aliqua proportione triplicata vel quotienslibet sumpta nisi ex equali: igit ex sc̄a pte. 7. quinti constat etiā h̄mōi ps sc̄a. decipis aut si arbitraris opoztere vnuq̄oq; quatuor solidoy. a. b. c. d. et sibi cūlīber alioy: necesse ē enī duo solidia. a. t. b. sibi adinūicem. itēq; duo. c. t. d. sibi adinūicē cē similia solidia aut. c. t. d. solidis. a. z. b. esse similia contingens est: necessariū autē nō. Idē ex hac. 39. de seratib⁹ facile poteris conudere.

Propositio .40.

Si inscīsa fuerint latera dnaz oppositaz superficerum cubi vnu quodq; in duo media: experintq; a punctis sectionum due superficies se vicissim secantes et cubum cōem eaz sectio ne diametrum cubi per equalia secare et ab ipsa diametro versauice per equalia secare necesse est.

